et sunt contra se moueri uidentes erubuerunt. unde
illa dicta sunt pudenda. Cetera quidem membra
ad nutum hominis stant aut mouentur. pudenda
non. Quia quod ideo est potest generatione. sunt inobe
diencia membrorum. quod signum inobediencie primi parentis
est in potestate. Et cognouerunt se nudos i. disconueniencia pu
denda i. erubuerunt uidere pudenda. In iosepho
[illegible] tradit statim cognoscendi se nudos. Et in
telligendi confusionem suam. hausisse ex esu ligni.
quod hunc effectum naturaliter haberet. [illegible]. [illegible]
[illegible] erat aranus et melleus. De maledictione serpentis

mulier. et uiri — Et unt fecerunt sibi perizomata i. succinctoria quasi
braccas breues. ut campestria. Non sine causa de
foliis ficus. quia si terentur. de succo eorum [illegible] contro
[illegible] in uncta fuit statim [illegible] ut a capistro quod
sentit pruriginem ut [illegible] mouet ad commictus
onus. fuit quod pruriginem non [illegible] quia in capud uo
luptatis iam senserant [illegible] agonista huius
rei. Hunc quidem dicunt ficum [illegible] ut expedicio
fuisse arborem prohibitam. Et [illegible] sint et uerecunda
audierunt uocem domini deambulantis [illegible]
blantis ut ex ipso motu suo [illegible] uidetur arguere
eos. quia non steterant in precepto. Loquebatur autem eis per
subiectam creaturam. Et absconderunt se a facie domini
inter medio lignorum. Uocauitque dominus uirum. scilicet cui dederat
preceptum. et increpando. non ignorando ait. Adam
ubi es. q. d. uide in quanta miseria es. Et ait.
Respondi me. quia nudus eram. Stulta responsio
quasi displiceret nudus. quod talis factus fuerat. Et ait
dominus. quis hoc indicauit tibi. quia de ligno come
disti. Ille uero non habuit confitens. scilicet peccatum in
uxorem retorquens. uno i. primum [illegible] mulier.
ait. Mulier quam dedisti mihi dedit de ligno. Et comedi
Et ad mulierem ait. Quare hoc fecisti. Et ipsa se de

cusauit scilicet obligauit. peccatum in serpentis tactu
uel in auctorem serpentis. serpentem uero non interrogauit
quia hoc per se non fecerat. scilicet dyabolus per eum. Et maledi
cens ei incepit a serpente ordine suo et eo
rum maledictionum. serpens non plus et plus
peccauit. quia in tribus. mulier per eum et minus eo. scilicet plus
uiro quia in duobus. Ipse postremo et minus quia in uno
serpens mulier incitatus est. decepit. Hiis tribus
tres reddite sunt maledictiones. Quia in iudice
hominis excellentie. deum est ei. super plus eum. scilicet
dicens. quia inuitus punitur more. Ita comedes
omnibus diebus uite tue in uno abstulit ei uocem
et posuit ei uenenum in ore. Quia decepit. Accepit.
pit hoc inimicicias ponam inter te et mulierem
[illegible] inuidie. quia [illegible] [illegible] ipsa conculcabit
caput tuum. quod nascitur fuerit serpens. quasi sedem
uite. Et tu insidiaberis calcaneo eius. mulieri
Et ita. sicut naturale est odium inter equos et griphos
lupos et canes. sic inter hominem et serpentes. Sicut
enim uenenum serpentis hominem. sic sputum hominis et
enim perimit serpentem. Et quia ad hunc nudi erant
serpens magis nudum hominem timet et fugit. et
uestitum insilit. In duobus peccauit mulier. scilicet obedi
uit et uetitum comedit. quia obedivit [illegible]
est. d. sub uiri tui potestate erit. quod duobus sunt ea
[illegible] te affligat in defloratione. Nunc quidem
subiecta est uiro suo. conditione et timore. ante plus
tamen subiecta fuerat. scilicet amore. Et quia in fructu
peccauit. in fructu suo punita est. unde dicitur est
in dolore paries. Et dolor in dolore maledictio
est. scilicet paries filios. Maledicta enim sterilis. Et
ita in puniendo non oblitus misereri deus.
Et est in aliis maledictionibus homo nondum est.
Adam. quia in solo esu peccauit. in labore que
ritur de eduli punitus est. sic. Maledicta terra in ope
re. i. per opere tuo i. per peccato tuo. per quo factum est ut
terra que prius uberes fructus et sponte et bo
nos afferebat. deinde raros nec sine la
bore hominis. Et quia pro fructibus spinas et tribu
los germinabit. Et addidit et comedes herbas
terre. quasi est in hoc comparacio iumento. Terre
autem maledixit. quia de fructu terre transgressio facta est
et non aquis. unde est quod deus comedit piscem.
scilicet non legitur comedisse carnes. De tribus uncam nisi
lectu [illegible] de agno paschali pro precepto le
gis. Addidit etiam de labore. In sudore uultus
tui uesceris pane tuo donec in terram reuertaris
i. donec moriaris. scilicet quia terra es et in terram
ibis. quasi qui in eodem statu stetisses donec tamen
fieres in melius scilicet ultra [illegible] [illegible] in miseria
ibis morte fluctus aque. Et tunc Adam deplorans
miseriam posteritatis uocauit uxorem suam euam ut
dictum est.

De eiectione hominis de paradiso. xxiiii

Fecit quoque deus Ade et uxori sue tunicas pelliceas, id est de pellibus mortuorum animalium, ut signum sue mortalitatis secum ferret. Et ait: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Yronia est, quia voluit esse ut deus, sed in euidenti modo est quod non est. Aut est vox insultantis, sed nos a superbia corrigentis. Et est vox Trinitatis vel est vox dei ad angelos. Et est vox plangentis quasi patet quod factus est amens, ut esset quasi unus ex nobis si stetisset. Aut forte, videte ne mittat manum suam et sumat de ligno vite et comedat et viuat in eternum. Quidam est uiuat in eternum ad opinionem hominis trahenda est. Qui dicit et comedet hanc opinionem ut uiuat in eternum, vel eternum accipe pro multo tempore. Quidam tradunt eos in paradiso fuisse vii horis. Apoypesis est quod videtur vel citius eiectus. Durum ut dei sententia quos penis prodas

pena eiectionis addidit. Ore(?) eorum est. Sed enim pena quam deberet temperauit misericorditer, ut eum de eo appetit. Cum iratus fueris misericordie recordaberis, non obliuisceris. Quoniam in eternum victuri erant in miseria quanto esset vita diuturnior tanto miserior. Si enim gustasset de ligno vite diutius viueret. Diutius esset miseri. Sicut est mirum si est post peccatum. Pomum ligni illius diutius vixissent tunc ad hunc quidam sunt insule vincetum(?) in quo nullus moritur. Sic et senium(?) in folijs arbor apud seres cuius esu protelatur vita. Et Alexander scripsit Aristoteli de sacerdotibus arborum solis et lune quorum esu pomorum longissima agant vita. Et sic dixerat emisit eum deus de paradiso voluptatis ut operaretur terram de qua sumptus est, id est agrum Damascenum, unde sumptus fuerat in quo Cayn Abel interfecit (occidit), unde quidam Adam et Eua sepulti sunt in spelunca duplici. Et collocauit ante paradisum voluptatis cherubin et flammeum gladium atque versatilem, ut angelus tradit dyabolum(?) id est ignis horrendum, vel ministerio angelorum posuit igneum qui intercluderet paradisi ingressum. Et nomine gladii non [illegible] sed versatilis dicitur id est mobilis, sed etiam quia pena fuit homini in utramque partem sui puniri, vel dicitur est versatilis id est aptus ad uersionem, id est tollendum cum deus vellet. Ablatus enim fuit

Eiectionem priorum parentum representat ecclesia in capite ieiunii cum eicit ex se penitentes. Cilicium dedit in signum tunicarum pellicearum. Cineres sub hijs verbis: Cinis es et in cinerem reuerteris. In memoriam maledictionis eiecti candelas ferunt ardentes quia pro opere quod porrexerunt manus ad pomum vetitum apposita est ignea rumphea paradisi. Transeunt(?) quod ad altare ecclesiam et claudit eos (v.) sunt eis fores in signum additus paradisi quem deus conclusit. Et [illegible] ad mensam sed super terram comedunt quia maledicta terra in opere tuo. Sermo dicit eis ante quia non [illegible] minutum nomine eius.

ad tempus intrantibus Helia et Enoch. Penitus vero non donec in morte Christi penitus fuit extinctus. Dicitur quod consumebat ignis ille, post dici quod quidam species ignis est, sicut in vita beati Nicholai legitur, cui si manum adhibes ardorem sentis sed non pateris adustionem. Non tamen esset mirum quem consumeret et talem vim sumpserit. Item si quis cur deus permisit hominem temptari cum sciret hominem lapsurum et de mistis(?) in hunc modum dicimus quod in ad primo opus pertinet quia sic voluit. Si queratur cur sic voluit, in scriptura quia queritur causam voluntatis divine cum ipsa sit summa causa causarum.

De generationibus Ade. iiij°

Adam cognouit uxorem suam, scilicet non in paradiso sed iam reus et eiectus. Breuitatis legislator generationes Ade transit, festinans ad tempora Abrahe patris Hebreorum, et plures subticet. Ade filios et filias. Sed Methodius martyr orauit dum esset in carcere, et reuelatum est ei a spiritu de principio et fine mundi, quod et orauit et scriptum licet simpliciter reliquit, dicens: Quod virgines egressi sunt de paradiso et anno vite Adam xv natus est ei Cayn et soror eius Calmana. Et licet Adam factus est in etate quasi xxx annorum, tamen fuit unius diei et unius anni et post duorum annorum post eum, et sic de ceteris. Et potuit ante Cayn multos genuisse, quod tacetur hic. Post alios xv annos natus est ei Abel et soror eius Delbora. Anno vite Adam ~~c xxx~~ Cayn occidit Abel et luxerunt eum Adam et Eua c annis. Tunc natus est eis Seth ~~xxx°~~ anno prime chiliadis, id est in primo millenario prime etatis. Chilias chiliadis in greco millenarius inchoatur, per Methodius scribit. Post ~~cc~~ annos Ade et vocatur secunda chiliadem et in hebreo consonat. ~~[illegible]~~ Qui dicunt Adam ~~cc xxx~~ annorum esse cum genuit Seth, sed tamen in hebreo est ~~c xxx~~. Sed redeamus ad breuitatem scripture. Concepit Eua et peperit Cayn, quod interpretatur possessio. Rursumque peperit Abel, qui sonat luctus vel pauor, quasi ab eo transiturus tangitur nomine prophetatum fuit quod de ipso futurum erat. Tamen secundum Iosephum interpretatur nichil, hoc quia non reliquit semen super terram. Abel fuit pastor et Cayn agricola. Qui enim esset malignissimus ut terram consulat auaricie sue, terram primus coluit.

De oblatione fratrum.

Post multos dies obtulerunt munera Domino: Cayn de frugibus, Abel secundum Iosephum lac et primitiva agnorum. Moises ait de adipibus eorum, id est de pinguioribus gregis, et obtulit. Creditur Adam in spiritu docuisse filios ut deo afferrent decimas et primitias. Et respexit deus ad Abel et ad munera eius. Ad Cayn illo et ad munera eius non respexit, id est placuit deo Abel et pro ipso placuit oblatio eius. Et quod quo signo innotuit sit fuit alia translatio breuiter aperit.

Locus magnus luxerunt eum deus vallis lacrimarum iuxta Ebron.

placuit

Inflammavit deus sup abel. et sup muna eius
igne .s. de celo oblacom eius incendit. ut. ut
cr. fuisse fcm helie in carmelo. et in levitico
sub moyse. Munera vo cayn. ex avaricia hois
nata. deo n placuerunt. Iratus qz e cayn. et con
cidit vultus eius. p verecundia. minore e platu
videns. Increpans v° do cayn. ait. Qr iratus
es. Nonne si bn egis. recipies pmiu. sz. a me
ut. p recipies posuit theodocius. accepte erit
mun9 tuu. Si aut male statim pccm in forib3
aderit. i. psto et in voluntate p qm ingressus e
ad opus. Sz tn qz liberi es arbitrij. sub te. i. i
ptte tua erit appetit9 ei9 pci. et dnaberis ei9 si
volueris. Al. translacio. hz. Qr. concidit vultus tu9
Nonne. si rce offeras. no aut rce dividas. peccasti.
quiesce. ad te 9versio ei9. Si tu comisisti. et tu
tn si vis dnaberis eius. Rce obtulit. qz creatura
creatori. Sz n rce divisit. qz sc. qui melior
erat. oblacone. dyab°. optulit. Al. n rce divisit.
qz meliora s' retinuit. spicas vo attritas et cor
rosas scdus viam deo obtulit. | D' morte abel.

Dixit que cayn fri suo dix ad eu. Egredi
amr. ut. tu scamus foras i campu. d'. ~~fo.~~ q hc
supflue i samaritanor libr et inor repit. Jo
em le. quid dixit ad eu. Sz in tlh du e q dixit
ei vba dni increpantis. s. et 9surrex. adusus
abel. et interfecit eu. Et ait dns ad eu. Ubi e
abel fr tuus. Jo ignoras. Sz increpado i ppans
fricidiu. qz eu vellet occultare fcm. dix. deus.
Vox sanguinis fris e. abel. clamat ad me d' tra
.i. notoriu e. q fecisti. qz effusio sanguinis hc iudicat.
nc eget accusatore. q in evidnti e. In e q in
crast. quorundam mos e. et si nemo accuset.
q p effusione sanguinis in sacro loco suspci tra
hunt. in causa. qz sang's clamat. Q si negave
rint iudicio dei. examinent. Nunc g°. maledictus
eris sr tra. vagus et pfugus. Mito iste male
dicit. qd no adam. | qz sciens iste pena pme p
varicacois. tn fricidiu addidit. Timens e cayn
ne vel bestie eu devorarent. si egredet. ab hoib3
ut si maneret cu eis. p pcco occiderent eu. Despns
se. et despans ait. Maior e iniquitas mea. qm
ut veniam merear. Omis q invenerit me occidet
me. Et ex timore hc dix. vl' optando dix. qsi. utinam. oc
cidat me. Dixitqz ei dns. No
qqm ita fiet. n cito. s. mori
eris. Sz omis qui occidit cayn
supplendu e liberabit eu a labore et a miseria.
et tuc addit. in psonalr. septuplu punietr. i. pu
nicio fiet de eo. du vivit in pena. usqz ad septi
lamech. q ponat translacom septuaginta. Omis
qui occiderit cayn. vij vindictas exsolvet. Tra
dunt quidam pena eius durasse. usqz ad septima

Maior e iniquitas
mea. qm sit id quo
venia merear. qi
maior e iniquitas
mea oi iniqto.

eius generacom. quia vij pcca comisit. No rce
divisit. fri invidit. dolose egit. vocans i agru
occidit. pervicaciter negavit. desperavit. n. et dap
natus pniam egit. Et omis. qui occiderit
cayn septuplu punietr. i. plus qm ipe cayn.
p phibicoe homicidij. q n du fca fuerat cayn
et posuit deus sign i cayn
tremore capitis. ut sic sci
ret. punitus a dno. et ex
9tractus et indign9 mia. n
interficeret. Que egressus a fa
cie dni habitavit ad orientale
plaga. eden. i. delicias n
in delicijs. Sz versus terra delicias. ~~Josephus~~ dix. aut
pagratis multa tra cu vxore sua talmana.
Cayn collocatus e in loco q nayda appellatr.
i quo ei et filij nati sut. ~~Jo~~. tn. d. n e tra
nayda. ut vulgus nrm putat. Sz habitavit i tra
nod. i. instabilis et vagus. | De generacoib3 cayn.

Generacom cayn repri
mat ectia ex quo
do sanguinarios pci
pue eu candel. ex
termetis. qz et illo
et isti vita fratr
exterminerunt.

Cognovit cayn vxore sua q peperit enoch
et fecit civitate. qm ex noie filij sui
dixit enoch. Hic patet. q iam multi erant hoies
et si n dicatr eor generacio. quos 9vocavit cayn
ad urbe faciendam. quor auxilio ea fecit. et
erit. ~~Josephus~~ qz rapinis et violencijs opes co
gregans. suos ad latrocinia invitabat. et simplici
tate hoim vite adinvencone mensurar et pon
deru pmutavit. et ad calliditate et corrup
cionem pduxit. terminos tre pmus posuit. civi
tates muravit. et timens quos leserat. ob se
curitate suos in urbibus collegit. Porro e
noch genuit irad. qui maviael. q matusale
qui lamech. q septim9 ab ada et pessim9. qz pm9
bigamiam. i. duas nupcias induxit et sic adul
terium pron lege nre. et dei decretu. In pma
em creacoe unico unica fca e mr. et deus p
os ade decreverat. Erunt duo i carne vna.
Accepit. qz duas vxores adam et sella. Genuitqz
ada iabel. qui adinvenit. portatilia pastor
i. tentoria ad mutanda pascua. et greges ordi
navit. et caracterib3 distinxit. separavit qz greges
scdm genera. greges ovium a gregibus edor. et sc
qualitate ut unicolores a grege sparsi vel
seris. et sc etate ut agniculos a maioribus et
commissuras certis tpibz faciendas intellexit.
Nom fris eius tubal. pr canentiu in cithara
ut organo. n instrumentor quide. q longe
post inventa sunt. Sz inventor fuit musice. i.
consonanciar. ut labor pastoralis. qi in delicias
verteret. Et qz audierat adam pphetasse. de
duobz iudicijs. ne periret ars inventa. scripsit
ea in duabz columpnis. in quar una. una
marmorea. alia latericia. qz alia n diluetr
diluvio. alia n dissolvetr incendio. Marmorea.

Sed Josephus adhuc eo interim scribit. Sella genuit tubalcaym qui ferrariam artem primus invenit, res bellicas decenter exercuit, sculpturas operum in metallis in libidinem oculorum fabricavit. Quo fabricante tubal de quo dictum est sono malleorum delectatus ex ponderibus eorum proportiones et consonantias que ex his nascuntur excogitavit, quam inventionem greci pictagore attribuunt fabulose. Sicut et ex opere fruticum tubalcaym excogitavit operari in metallis. Cum enim incendisset frutices in pascuis vene metallorum fluxerunt in rivulos et sublate lamine figuras locorum in quibus latuerant referebant. Soror vero tubalcaym noema invenit artem varie texture. Lameth autem sicut iosephus res divinas sapiens, sciens videns caym commune pene sibi debere maiorem penam, dixit hic mulieribus suis: Sic [illegible] occidi virum in vulnus meum et adolescentem in livorem meum. Septupla dabitur ultio de caym, de lameth vero septuagies septies. Lameth vero vir sagittarius diu vivendo oculorum caliginem incurrit et habens adolescentem ducem dum exerceret venationem pro delectatione tantum et usu pellium, quia non erat usus carnium ante diluvium, casu interfecit caym inter fruteta estimans feram, quod quia ad indicium adolescentis invenis dirigens sagittam interfecit. Cum illi cum arcu verberavit eum ad mortem. Occiderat ergo caym vulnere, adolescentem cruore vulneris, ut utrumque occiderat in vulnus et livorem suum, i. in dampnationem suam. Et ideo eum penam caym punitum esse septupla ut diximus, suam penam punitam esse septuagies septies, i. lxx et vii egresse de lameth in diluvio perierunt. Hebreus ita mulieres suas sepenumero tractabat et in ipse matus dicebat eis se pati hoc duplicis homicidii quod fecerat. Tamen tremendo eas subdidit penas q.d. Cur vultis me interficere. Cuius punitio quem interficiet quam qui caym.

De seth tercia generatione

Cognovit quoque adhuc uxorem suam Adam que peperit filium et vocavit eum seth. Sed Strabus post mortem abel vovisse adam non ultra uxorem se cogniturum, sed deo iubente per angelum fregit votum ut dei filius de eo nasceretur. In iosepho dicitur quod abel extincto et caym effugato adam de procreatione filiorum cogitabat et vehementi amore generationis angebatur. Hec cogitatio propagationis potuit strabus vocare preceptum dei, quia inserat: crescite et multiplicamini. Et seth natus est filius quem nominavit enos, qui sancte [illegible] vel vir qui [illegible] et fortis. Qui cepit invocare nomen domini. Forte invenit aliqua deprecatoria ad invocandum deum. Sed plerique hebreorum arbitrantur quod ymagines ad honorem dei cogitavit, formavit. Sed forte ad excitandam pigritiam memorie dei deum effigiavit ut nunc fit.

[Margin: in adam ... huisse et totidem filias ... post caym et abel.]

Epylogus interserit

v°

Hic est liber generationis ade. Repetit de generatione ade integrum ordinem genealogiam prosequens. Sunt quidam qui ab adam incipit prima etas, sive cum seth, quibus consentit metodius, quod et iosephus dicit, quia de abel nullus natus est et generatio caym tota periit in diluvio. Vixit autem adam cxxx annis et genuit seth ad ymaginem et similitudinem suam. Ipse ad ymaginem dei factus est et reliqui ad ymaginem eius, quia fit ut immortalis vel potius mortis ut mortalis. Unde glosa: Erant ... fere ... Forte moyses. C annos luctus pro abel ... nuisse ut diximus hic et methodius. Sed ... eum fuisse annorum ... qui genuit seth. Iste genuit enos, qui caynan, qui malaleel, qui iared, qui enoch, qui matusalam, qui lameth, qui noe. Dicitur quod in generatione caym septimus pessimus fuit lameth, ut in generatione seth septimus fuit enoch optimus, et transtulit illum deus in paradisum voluptatis ad tempus ut in fine temporum cum helia advertet corda patrum in filios. Iudei tamen eam translationem ... potius attribuunt septenario quam sanctitati eius, quorum nullus translatus, quia plures legunt eo sanctiores. Intimum enim ... deum sub septenario ... est. ... dicit eum vii creasse celos et cuius posuisse quod et dicit eum vii ... nomen suum ... vii tras. quod david fundamenta ...

De annis matusale diverse sunt opiniones. Secundum computationem hebreorum vixit xiiii annis post diluvium. Sed non legitur fuisse in archa nec translatus ut enoch. Quidam dicunt quod mortuus fuit ante diluvium vii annis. Quidam asserunt quod eodem anno in quo fuit diluvium ... diligens computatio annorum eius secundum genesim manifestat. Tamen omnes in numero annorum vite convenerunt quod vixit annis dcccclxix. Porro noe fuit decimus ab adam, in quo prima etas terminata est, ita quod et ipse in ea fuit. Huius etatis annos hebrei ponunt duo milia ... Metodius duo milia. Ipse tempus huius etatis ... Sed septuaginta disponit nec apparent anni ... supplent. Et ideo nichil certum de numero annorum tradit.

De causis diluvii

vi°

Noe vero cum quingentorum annorum esset genuit sem, cham et iaphet. Moises dicturus de diluvio premisit causas eius. Cum cepissent homines multiplicari super terram viderunt filii dei, i. filii seth religiosi, filias hominum, i. de stirpe caym, et victi concupiscentia acceperunt eas uxores, et nati sunt inde gigantes. Ipse quidem quod hic scripturam facit, utrum sub noe vel ante, ut multa ut parum ante, non determinat. Iosephus autem dicit quod usque ad septimam generationem boni perseveraverunt filii seth. Post ad mala progressi sunt recedentes a sollempnitatibus patrum, et ob hoc deus contra eos ... Sed ut filii seth cum mulieribus coeuntes iniuriosos filios genuerunt, qui propter confidentiam fortitudinis a grecis gigantes dicti sunt. Metodius ... ante diluvium hominum peccata diffusius exercent. Dicit quod quingentesimo anno prime chiliadis, i. post primam chiliadem, filii caym abutebantur uxoribus fratrum

[Margin: Enoch quasdam litteras invenit et quosdam libros scripsit sub quo Adam decessit mortuus. — 7]

[Margin: Ade — Iosephus]

[Margin: In adam enoch ... tempore ... a morte ... quod ... si non peccasset. In adam matusa.]

[Margin: quod matusale ... hic vixit ultra diluvium ... et quod ... xiiii ... nullam sentit ...]

minimis fornicationibus. Sexcentesimo anno mulieres in vesania usque viris abutebantur. Mortuo adam seth sepelivit cognatam suam a generatione cayn qui redierat ad natale solum. Ita enim pater prohibuerat vivens ne miscerentur. Et habitavit seth in quodam monte proximo paradiso. Cayn autem habitavit ubi fratrem occiderat. Quingentesimo anno secunde chiliadis filii seth concupierunt filias cayn et orti sunt gigantes et incepta tercia chiliade in undecimo anno venit diluvium. sicut ordinavit metodius. Potuit esse ut incubi demones genuerunt gigantes. A magnitudine corporum sic dictos. denominatos a geos quod est terra. sed enim immanitati corporum respondebat immanitas actionum. Post diluvium tamen nati sunt alii gigantes in ebron et post fuerunt in thaneos civitate egipti. Et quia etiam philistinei dicti sunt. de quorum stirpe fuit enachim cuius filii habitaverunt in ebron. de quibus ortus est golias et quidam alii. Iratus quod deus peccatis hominum dixit: penitet me fecisse hominem. quasi dicat. faciam quod facere solet homo penitens operis sui. delet enim quod fecerat. Et est sensus delebo hominem quem fecerat. Non enim permanebit spiritus meus in homine in eternum. quia caro est. quasi dicat. non puniam eum eternaliter ut dyabolum. quia fragilis est. sed hic reddam quod meretur. et tamen prius dispensam eum dabo ei penitudinis tempus si voluerit. Eruntque dies illius ad penitendum ~~centum viginti~~ annorum. Non enim intelligendum est de spiritu hominis. sed de dei indignatione. Nec est iste terminus humane vite. post diluvium. cum post diluvium inveniantur homines amplius vixisse. et homo non posset vivere nisi centum ~~xx~~ annis quod falsum est sed de spacio penitendi dictum est et dicit. dominus hic tamen annos ~~xx~~ quam inciperet archam fieri. ut dicit Josephus quod facta fuit ~~c~~ annis. ut scribitur eo anno dixit quo cepit archa fieri. Sed quia in malicia perseveraverunt. ante prefixum terminum. scilicet centesimo anno deleti sunt. tamen iosephus ait hunc terminum ~~c. xx~~ vite hominum statutum. Quod autem dicit deus tactus dolore cordis intrinsecus. forte nichil aliud est quam quod homines latebat quantitas divine offense. ut antropospatos id est humana compassio quam attribuit deo quod homo est. ¶ ~~de~~ archa noe.

Noe uero in generationibus suis perfectus fuit. ceteris quia non illius perfectionis quod est in patria. sed secundum modum generationis sue. id est terrene. Et dixit dominus ad noe. finis universe carnis venit coram me. preter eos qui in archa sunt salvandi. disperdam eos cum terra id est cum ~~fertilitate~~ terre. Tradunt enim vigore terre et fecunditatem longe inferiorem esse post diluvium. quam ante. unde esus carnium homini concessus est. cum ante fructibus terre victitaret.

Fac tibi noe iuxta preceptum domini. archam de lignis levigatis id est politis vel quadratis. et alia littera vel bituminatis. longitudine ~~ccc~~ cubitorum. latitudine quinquaginta. altitudine ~~xxx~~ ad modum scilicet corporis humani. In quo longitudo sexcies est maior latitudine et decies maior altitudine. quasi tacito se locutus est dominus ut faceret navim instar archonis id est ad cordium tendentis. vel forte ab arcendo.

Quod dicit archam habuisse ~~xxx~~ cubitos in altitudine in corpore eius intelligendum est. id est a fundo usque ad tabulatum. Impossibile enim est opertum eius non plus ascendisse. Et tigna ~~xxx~~ cubitorum tanta operire longitudine et latitudine.

a bicameratam et tricameratam. Vel a latere usque ad latus

quia undique clausa. Est autem longitudo a planta usque ad verticem. latitudo vero a latere lateris ad latus. altitudo a dorso ad ventrem. Quod tamen multi de corpore christi tantum dictum esse voluit. quia sicut in ystoriis legitur qui humani corporis instar condita. in quo christus apparuit. fuit ergo hec archa in fundamento quadrata. sed in forma altera parte longiori ab angulis in altum consurgens. donec in cubito summitas eius perficeretur. Bitumine intus et extrinsecus linita est. quod est gluten fortissimum. quo ligna linita non dissolvuntur aliqua vi vel arte. nec materia bitu minata. sine menstruo solvi potest. In lacubus iudee supernatans colligitur in syria. limus est a terra estuans. facta sunt in ea cenacula et tristega. id est distinctos diete a tricha. quia alia translatio dicit bicameratam vel tricameratam. Habuit enim camerales quinque. quas augustinus et petrus sentinam vel dicit fuisse. dices super tabulatum sentine. fuisse eam bicameratam. una camerarum fuit stercoraria alia apotecaria. et super hanc mansionem erat alia tricamerata. laterales camere erant. una animalium ferarum. in medio tamen animalium erat. media avium et hominum. et habuit hostium ubi bicamerata et tricamerata iungebantur. Alii vero has quinque cameras in altitudine sola disponunt. Inferiorem quidem et sentinam stercorariam dicentes. Secundam super illam apotecariam. tertiam animalium et avium. et spiritualem. et ubi hostium iungitur. hostium ponunt. quartam animalium. supremam hominum et avium. Josephus tamen dicit archam iiii cameras habuisse. forte stercorariam vel sentinam non includens. Fecit in ea noe fenestram. quam hebrei cristallinam tradunt fuisse. quam in hebreo vocatur meridianum. a simaco dilucidum. dicit Rabanus cubitos arche geometricos esse aliogin tanta capere non valeret. Continet enim cubitus geometricus vi pedes. vel ix pedes. Proprie enim cubitus pedem et dimidium habet. ¶ de ingressu in archam.

Perfecta igitur archa. dixit dominus ad noe. Ingredieris archam tu et filii tui. et uxor tua et uxores filiorum tuorum. In hiis octo refectum est seminarium generis humani. et seorsum viros. et seorsum mulieres nominavit. Dum cum de ingressu loqueretur. ut scilicet dicit. tempore afflictionis vacandum est ab amplexibus mulierum. et ex cunctis animantibus universe carnis. bina duces in archam id est combinata id est masculum et feminam. De mundis enim animantibus tamen ibi fuerunt duo. secundum genus suum. de mundis vero septem. Immunda vocat ea moyses. secundum tempus suum. quia secundum legem immunda vocantur. vel tunc dicta est immunda quia in tunc naturaliter esui hominum non erant apta. Immo dixi naturaliter. quia nulla ad huc ad edendum concessa. Tolles quoque tecum ex omnibus que possunt mandi. ut sint tam tibi quam illis in cibum. ¶ Hic queritur utrum in de animantibus vel in mundis minutis introducta sint. Ad huc nulla dicit beda. ~~Augustinus~~ quia que non generantur de coitu. non fuit necesse esse in archa. quasi scilicet de pluvie ut pulices vel de humoribus vel corruptionibus.

Uxor noe puarsara | Uxor sem parphia | Uxor cham cataflua | Uxor iaphet fluua.

Marginalia:

scilicet ... dilexisse

Tebron

exasperunt homines in altum contentes septingentesimo anno secunde chiliadis.

id est demones qui solent in sompnis opprimere mulieres in hebreo

hic opinione. falsam reputat. Augustinus

Hic intelligendum est quod voluit eos dominus puniri temporaliter ne punirentur eternaliter. licet omnes nisi fragiles ex carnis fragilitate peccantes non fuerunt.

Hic dictum est quod puniret vel adultos quod penitu erunt

Secundum augustinum. archa noe

Fenestra cristallina	
[illegible]	marsiones
animalia [illegible]	hominum	avium
apotecaria	stercoraria
sentina	

fertilitate

VII c

nascitur. Quia tamen gratia tantum introducta sunt in-
iecta cum addit. secundum genus suum. ut in genere suo
conservarentur. et si sine transgressione mandati ibi a-
liqua fuerint. que necessaria erant eorum alentorum. que ves-
cuntur carnibus coercita includi. Dicunt quidam pos-
se et preter carnes alimenta communia. maxime
que carnibus vescuntur. ficus et castaneas vesci prout
precipue cum omnibus vesci cogit fames. Forte non
dum etiam carnibus vescebantur. sicut nec ho-
mines. ¶ Ingressus noe in archam.

Fecitque noe cuncta que precepit ei deus. Sex-
centesimo anno vite sue ingressus est noe
archam. cum omnibus que dixerat ei dominus. que nutu
divino et angelorum ministerio adducta sunt. mense secundo
die xxvii qui ab hebreis marsuan dicitur. a latinis
maius. a macedonibus dyon. Moyses enim in
legitimis nisan id est aprilem primum mensem consti-
tuit. secundum iosephum. In contractibus vero et aliis gub-
nationibus decreta seculi tempus et usuale ordinem
mensium servavit. Dicit iosephus quod ab adam usque ad
hoc tempus fuerunt anni duo milia ~~d. c. l. vi~~ quod in
sacris libris conscriptum cum integritate ascriptum est signatum

Ingresso noe rupti sunt fontes
abyssi id est aque que in visceribus terre. et cataracte celi
id est fenestre aperte sunt id est nubes. Cataracte proprie
meatus nili fluminis in septem hostia separatur
ut locus eiusdem quod archa dicitur. Abusive
quilibet aquarum meatus in cataractes dicitur. Et pluit super
terram xl diebus et noctibus et elevata archa
in sublime ferebatur. Et omnes montes excrevit
aqua altior quindecim cubitis. ut ablueret sordes
aeris. usque quo ascenderat opus hominum usque ad eundem
locum ascendet. ignis iudicii. ob aeris purgationem
Sed non videtur. opus hominum tamen ascendere potuisse. cum
olimpus usque ad liquidum aerem ascendat. super quem
sunt inscripte in pulvere per annum reperte sunt stetisse
immobiles. ubi pre nimia aeris raritate nec
aves sunt nec vivere queunt. nec philosophi ascendentes absque
spongiis plenis aque aliquantulum vivere po-
tuerunt. Quas naribus apponentes crassiorem in
aerem trahebant. Sed sunt qui putant montium alti-
tudinem tunc non fuisse tantam quanta nunc est. vel
forte in sublimibus edificantes ignis ascendebat
cuius vapore et favillae nichil ascendere potuerit
et aera maculare. ¶ De reclusione arche.

Et cum intrasset noe. clausit deus hostium
et bitumine linivit extrinsecus. et mortua est omnis
caro vivens super terram. et obtinuerunt aque terras ita
exaltate. c. quinquaginta diebus. ab illa scilicet die qua
ingressus est noe. post dies c. l. cepit aqua mi-
nui. mense scilicet septimo. itaque vicesima septima
die mensis. requievit archa super montes arme-
nie. Illic arche reliquias usque nunc peregrinantes
ostendunt. Huius diluvii et arche ut ait iosephus
meminit et fama quam barbarorum historias conscripsit
de qua berosus chaldeus sic ait. Dicitur navis
eius que in armeniam venit. circa montem cordieum.

¶ Opera dicit ascendere usque ad eundem locum vel quia homines in
eodem loco sunt operati. et secundum hoc non ascenderunt ~~xv~~ cubitis
supra olimpum. sed tamen tunc erat eius altitudo cuius nunc.
vel quia laborum operum ascendebat usque ad illum locum

Ab aprili usque aprilem ... dies. quia in
... computatis aprili et marcio sunt. vii.
vel distingue ita minuit. et sequitur mense vii. itaque quia
... requievit arche ut ad ... reperientes ... abluti
referentes. Item ... requievit archa mense vii
xxvii die

adhuc reliquias potest esse. et quidam bitumen ibi tolli
quo maxime homines ad expiationem utuntur. Meminit
eiusdem ieronimus egiptius qui antiquitates conscripsit. Ma-
nasses damascenus de eisdem sic ait. Est super mi-
nadam excelsus mons in armenia. qui baris
appellatur. in qua multos confugientes sermo est tempore di-
luvii liberatos. et quidam in archa sunt devecti.

Decimo tandem ¶ De emissione columbe et corvi
mense prima die mensis. apparuerunt cacumina
montium. Cumque transissent. xl. dies. aperuit noe fenestram
et emisit corvum. qui non revertebatur. forte interceptus
aquis. vel inveniens supernatans cadaver. et eo
illectus est. Ut iosephus ait. quod cuncta repleret
inundatio. regressus est ad noe. Emisitque columbam
post eum. que cum non invenisset ubi requiesceret pes
eius. reversa est ad noe. Et non cacumina montium
ita erant nudata. forte nondum siccata. et sic in
palude requiescere non potuit sicut nec in aqua. Vel
quod emisit columbam per recapitulationem dicitur post id est al-
ter septem quod postea dicit. Post dies vii iterum emi-
sit eam. que vespere rediit. ferens ramum olive viren-
tem. Post alios vii emisit eam que non est ultra re-
versa ad eum. Igitur sexcentesimo primo anno in
se primo prima die mensis aperuit noe tectum
arche. et vidit quod exsiccata esset superficies ter-
re. sed egrediendi expectabat preceptum domini.
¶ De egressu noe

Mense secundo ~~xxvii~~ die mensis dixit dominus ad
noe. Egredere de archa tu et uxor tua. filii
tui et uxores filiorum tuorum. Coniuncti iubentur exire qui
disiuncti intraverant. Ac si diceret. Nunc rediit
tempus amplexandi ut multiplicemini super terram.
Noe enim subiunxit / Crescite et multiplicamini. Egressus
est noe cum omnibus que erant cum eo ea
die qua ingressus est revoluto anno. Ingressus /
est enim luna xvii mensis secundi licet ut dicunt hic
ait ~~xxvii~~. Et egressus est ~~xxvii~~ luna eadem die
quia quota est luna hodie. si undecim addas to-
ta erit eodem die revoluto anno. Si hoc probas
eadem die in sequenti anno xii. Nec moveat te
quod dixi egressum ~~xxvii~~ luna et libro dicat ~~xxvii~~
Potuit enim esse quod usque ~~xxvii~~ dies ... lune
egressus est ita inmutem ~~xxvii~~. Media vero tempora
quolibet more exterorum sunt notanda. ut cum dicimus
crucifixus sit viii kalendas aprilis et surrexit quinta. cum
dixerit hoc in. aliis vii. ut potius secundum hoc vii di-
cerem. Sed in ecclesia facta est luna ~~xvii~~ revoluto eodem
anno in eadem facta in. est luna ~~xxvii~~ quare potius
dicerem per unam diem descenderit in mithologiis. ubi
est ~~kalendas~~ ianuarii fuit in dominico die. et luna vii.
revoluto anno in ~~kalendas~~ ianuarii venerit luna
est xviii. sed kalendas erunt feria ii. Ergo die dominico
ante ~~kalendas~~ est luna xvii et sic a dominica in dominicam re-
voluto anno non additur lune nisi x. sed a ~~kalendas~~ in
~~kalendas~~ xi. ¶ De altari

Et edificavit noe altare domino. et de mundis
animantibus septimum obtulit domino. Ideo enim

Vide et ... / viii° / ix°

Marginal notes:

ab Adam / id est
opus / ius

scilicet in xxvii die ... mense qua dicitur ... requievit archa. et post ... die ... mensis qua apparuerunt cacumina montium. sed ... potuit solum.

ante ante ... tollit ... ri tectum arche quasi diceret aperiri fe- nestram. sed enim prius diceret quasi nunc primum aperuit tale poterit videre superficie terre esse siccatam. nunc et prius aperta fenestra potuit videre non esse siccatam.

Secundum quod ait dominus nostre dies secundum se ... secundum menses ... dicit dies lune ... marcii ... vel ... usque ... per ... kalendas ... secundum menses ... ~~[illegible]~~

ydus ... ydus ... kalendas ... per die ... kalendas ... per die ydus ... ydus

inserrat dns vii. pm ... sua induci. ut septimo oblato sex sufficeret pagatorum. Locus autem quo egressi sunt armenii uocant egressorum. Filii uo noe dixerunt thamni i. viii. p nido egressorum. ob h. q. ut dicunt quidam. noe fecit altare ex viii lapidibus. Et odoratus est dns odorem suauitatis et ait ad noe. Non ultra maledicam terre omnibus ptr homines. q proni sunt ad malum. tempus sementis et messis frigus et estas nox et dies n requiescent. Forte ista n duplene distincta fuerant ... ... usque ad diluuium ... fuerat ... et benedixit eis d. Crescite et multiplicamini et sic tremor uester sup omnia animancia terre. h. dominus est eis in solacium ne pauci homines a plurib bestiis oppressi timerent. Qr. olera virencia que prius dederam in cibum. sunt utique do uobis animancia in cibum. excepto q carnem cum sanguine n manducabitis i. animal suffocatum. Et prohibuit eis deus homicidium ... et q maxime timebat ne dns item aquis diluuii inundaret sup terram et noe tottidie orabat ne h. fieret, ut Josephus refert. Pepigit eis deus q ultra n fiet diluuium et i signum ... federis. ponam arcum in nubibus et est signum duorum iudiciorum ... p aquam ne timeant. fuit p ignem ut expectetur. Inde est q duos h. colores, ceruleum n qui aquosus est et est exterior q preterit. et rubeus qui est igneus. qui est interior q futurum est ignis. ... dicit ... q ... ... n uidebitur arcus q est omnibus ... desiccacionem aeris ... incepta.

Cepitque De ebrietate noe et maledictione cham noe exercere terram i. plantare vineam. Labrusca ... nates p cultus ad vineas trahens. bibens vinum ... ignorans vim eius. inebriatus est et dormiens nudatus est in tabernaculo suo. Nudatio enim femorum ... ebrietatem. sicut libido satietatem. Qz cum uidisset cham pudenda patris nudata irridens nunciauit h. fratribus. Qz illi pallium imponentes humeris et eunte retrorsum ne uiderent operuerunt pudenda patris. ... ut quidam homines dicunt. q n dum homines utebantur femoralibus. Euigilans noe cum didicisset ... q fecerat filius suus minor ait. Maledictus chanaan puer. seruus erit fratribus suis.

Qui quere quo cham dicitur minor filius cum esset medius natu. pt dici minor i. indignior uel forte minor statura. ut de iaphet. Sed qui est minor esse ... fuit. cham maiorem. Maledixit aute n filio ... filii. q sciebat in spiritu filium ... n futurum ... suis ... ... eius ... de semine ... qui de semine chanaan q ... ... in filios ... ... n ... de filio tuo ... ego de te. Et addidit ... deus sem sit chanaan ... eius ... ... q ... ... culturum et nomen unius dei ... ... dilatet.

Semiramis fuit ... ... eta.

Quia de ipso fuit abraham.

dns iaphet. et habitet in tabernaculis sem. sicut chanaan seruus eius. et h. est prophetia. Gentes enim que de iaphet dilatate sunt ... deo auctore et cultum deorum deo ... ... sunt ... ... sunt dies noe ... nongenti ... quinquaginta. et mortuus est. Ait aute iosephus q nemo putet ... de antiquis ... ... q ... uirtutes et gloriosas utilitates ... ... scrutabant. i. astrologiam geometriam. dedit eis amplius uiuendi ... ... q ... ... nisi sescentos uixerit annos. ... tot enim annorum circulus magnus ... completur. ... ...

De diuisione filiorum noe ... omnibus ad loca sua ... creatoris. q fit ... ... moyses ad ... genealogie noe. d. hee sunt generaciones filiorum noe. et incipit a iaphet minore ut ultimo loco ponat sem ... ... cuius successionem texere intendit. Texuit aute ab eis ... generacionis. xv de iaphet. ... de cham. ... de sem. Hii tres disseminati sunt in tribus partibus orbis. ... ... sem asiam cham affricam. iaphet europam sortitus est. ut exposuimus ... ... iosephum filii iaphet tenuerunt septentrionalem regionem a tauro et amano montibus cilicie et syrie usque ad fluuium thanai. In europa uero usque ad gadiricam. Filii uo cham a ... ... et ... a libano montibus ... terras obtinuerunt. ... ad mare sunt ... ... usque ad occeanum sunt ... facientes appellatos. Filii uo sem usque ad ... ... ab eufrate facientes ... ... sem insistentem ... ... q chus ... filius cham. et filius chus nemroth. qui cepit primus esse potens. post diluuium. ... et robustus uenator hominum coram dno. i. extinctor et oppressor amore ... et cogebat homines ignem adorare. ... ... de aliquo q fortis sit. et malus. ... nemroth robustus uenator coram dno. h. ... ... fuit de filiis cham. q metodius ... dicit fuisse de filiis yon filii sem. ... ... primus recepit ... ... de quodam alio noe. ... ... n egit moyses ... d. Centesimo anno ... ... nat. est noe filius ... ... eius ... ... usque ad mare. q ... ... regio. Hic accepit a deo donum sapiencie et inuenit astronomiam. ... ... nemroth gigas ... cubitorum erudit. est ab eo. et accepit ab eo consilium.

Caldei ignem adorabant et cogebant ... ... corona. ... ...

Josephus carnium ad diluuium n ... ... diluuium cessus est et ... ...

... diluuium n erat vinea.

labrusca ... ...

in quibus regnare cepisset. Domitus iste futuros
quosdam euentus preuidit. et maxime de ortu
in regnorum. et occasu eorum per successionem. Quod etiam
plane prophetauit daniel. et predixit discipulo suo
nemroth. quod primi assirii regnaret de cham. de
quo belus descendit. Post de sem. medi. et perse.
et greci. post de iaphet romani. A quo rediens
nemroth. accensus amore dominandi sollicitauit
genus suum de sem. ut imperaret aliis. quia primo
genitus. sed noluerunt. et ideo transiuit ad cham. quo
assentit et regnauit inter eos. in babilone. et ex
inde deus est de filiis cham. Et si non fuit de fi
liis cham. tunc ulla est quomodo. quare inter eos regnauit.
huius exemplo cepit regnare ietram. super filios sem. suphe
ne super filios iaphet. Narrat autem ditissimus philo
iudeus. Cauis qui composuit librum sapientie. in libro questionum
super Genesim. quod ex tribus filiis noe adhuc eo uiuente
nati sunt xxiiii milia uirorum et . . . mulieres et
paruulos. sumentes sibi se tres duces quos prediximus.

De turri babel

Post obitum vero noe. mouentes pedes suos
ab oriente. conuenerunt duces in unum cam
pum sennaar. et timentes diluuium. Per consilium nem
roth uolentis regnare ceperunt edificare turrim
que pertingeret usque ad celos. sumentes lateres pro saxis. et bi
tumen pro cemento. descendit autem dominus ut uideret tur
rim. audiuit ut puniret. et ait ad angelos. Venite
et confundamus linguas eorum. ut non intelligat quisque uo
cem proximi sui. In hac diuisione nichil noui fecit deus
quia uoces eedem sunt. apud omnes gentes. sed pede
diuersos modos et loquendi formas diuisit gentibus diuisit.

De hac etiam dicit iosephus. quod latitudo ita erat
fortissima. ut propter eam aspicientibus longitudo
uideretur minima. Dii uero id est angeli uentos commouentes eu
terunt turrim. et uoce propria unicuique preliti sunt.
propterea babilonem contigit uocari ciuitatem. Babel
enim hebrei confusionem appellant. De hac turri si
billa meminit. dicens. Cum omnes homines unius uocis es
sent. quidam turrim edificauerunt excelsam. tamquam
ascensuri per eam ad celum. De campo uero sennaar
in regione babilonis. meminit. estiacus. dicens. ita
Qui de sacerdotibus sunt egressi iouis sacra sumentes
in sennaar babilonis uenerunt. diuisique sunt postquam
per diuersitatem linguarum migrationes agentes. ap
prehendentes mediterranea. finibus et maritima. Et
pretermittendum puto. quod moyses dicit. Regma filium chus
duos filios habuisse. sabam. et todam. Iosephus uero
dicit. saba et iudam. quorum iudas egipticam gentem
hesperiorum inhitans. iudeis cognomen suum reliquit.
Quod autem subdit. de terra sennaar. egressus est assur
filius sem. intelligendum est. quod nemroth illum depulit
de terra illa ui et terrore. que erat eius iure hereditario
Vel non est intelligendum. de assur filio sem. que inuenitur
prepuit et uigintia erant uel corpori dicens. quod assiria

Assiria uero post diluuium . . . non calchea. potest caldea
dici ab assur. Sed ipsa caldea dicta est ab eo assiria.
quasi assirius a . . .

chaldea est dicta. Sed assur id est regnum assiriorum
inde egressus quod tempore sarug proaui abrahe fuit
et regnum quidem babilonii inuenerunt. qui de se
mine nemroth fuerant. usque ad quartam ciliadem
et ad ultimum euzumsdem. Interim uero obtinue
runt babilonii egipcios. et assirios. Ita in diebus
sarug. Belus. nemroth tydes rex babilonis
quia fuit alter belus rex grecie. intrauit assi
riam sed parum obtinuit in ea. Quo mortuo filius
eius. Ninus. totam obtinuit assiriam. et ciuitatem
in qua caput regni erat. in itinere eum regem di
ex ampliauit. et a suo nomine niniuem dixit. Inde
est quod quedam historie dicunt regnum assiriorum cepisse
ab antiquo belo. quod uerum est. quantum ad inicium. Alie dicunt
a nino cepisse. quod et uerum est. quantum ad regni ampliatorem
Ninus uicit cham qui adhuc uiuebat. et reg
nabat in bactria. et dicebatur zoroastres. inuentor
magice artis. qui et vii liberales artes. in xiiii
scripsit columpnis. vii eneis. et vii latericiis. contra
utrumque diluuium. Ninus uero libros eius combussit.
et ab eodem orta sunt ydola sic. De ortu ydolorum

Mortuo belo. Ninus in solacium doloris fi
gmentum patris sui fecit. sed cum tantam exhibebat
reuerentiam. ut quibuslibet reis. ad eam confugientibus qui
parceret. Proinde homines de regno eius diuos
honores ymagini ceperunt impendere. Huius exemplo
plurimi caris suis mortuis. ymagines dedicarunt.
Et sicut ab ydolo beli. cetera traxerunt originem.
sic ab eius nomine generale traxerunt ydolorum nomen.
Dictus namque ab assiriis deus est belus. sed et a nacioes
pro uarietate lingue sue. dixerunt alie bel. alie
beel. alie baal. alie baalim. primo et nomi speci
ficauerunt. alie beelphegor alie beelzebub. dicentes. Sed tandem se
riem genealogie. sem persequimur. De generacionibus sem

Sem. c. annorum erat. quando genuit arphaxat
et. biennio post diluuium. Repugnare
huic uidetur. quod dicitur. super quingentesimo anno noe
natum sem. et sexcentesimo inundasse diluuium
ergo post diluuium. centenarius erat sem
et biennio post. c. et duorum annorum. Sed mos
est sacre scripture. summitatem minorum ponere pretermis
sis annis si supersunt transiens tacitis. Potuit
ergo dici. quod sem. c. erat annorum. et duorum sed
duos tacuit scriptura. Vel noe cum genuit eum
quingentorum annorum erat et duorum. ut duo anni de
erant a sexcentesimo. cum inundauit diluuium.
ut ita legatur littera. Sem. c. annorum erat post dilu
uium. et erat biennio post diluuium. quando genuit
arphaxat. iosephus. tamen dicit. sem filius arphaxat
natus est post xii annos. a diluuio.
quod forte uicium scriptoris est. Arphaxat genuit
sale. qui in hac nomine caynam. qui condidit sale.

Margin (left, beside "Post obitum"): xi[a]

Margin (right, beside "Interim uero obtinuerunt"): Inicium. id est inter nemroth et eunne...

Margin (right, beside "eius. Ninus"): Belus dicitur aui grecie fuit palemedes in beli et palemedis.

Margin (right, beside "De ortu ydolorum"): filius eius

Margin (right, beside "Dictus namque ab assiriis"): Syrophanes deus est primus ydolatrie corruptor.

qui heber a quo hebrei dicti sunt s(ecundum) iosephum.
aug(ustinus) tamen d(icit) in dubio utrum ab heber dicti sint
hebrei ut abraham abrahei. Heber genuit
phalet et iectam. Phalet hebraice divisio
latine eo q(uod) in diebus eius p(er) divisionem ling-
uarum divise sunt gentes et divisio terrarum fa-
cta est. S(ed) sub isto p(ri)ncipium fuit d(icitur) q(ui)a in isto et
in filiis eius retenta est remanente antiq(ua)
lingua. Alii quasi ab eo divisi sunt. Phalet
genuit reu. reu ragau qui saruch. S(aruch) nachor
qui thare. Thare cum esset lxx annorum genuit
abram nachor et aram. Et est ordo p(ro)posterus.
Aram p(ri)mogenitus et abram ultimus fuit. Et forte
non genuit eos cum esset lxx annorum tempus. S(ed) tunc
cepit generare et suis temporibus eos genuit. In
thare autem finita secunda etas habens s(ecundum) lxx interpretes
annos mille lxx duos. S(ecundum) metodium ccccxl.
S(ecundum) hebraica veritate ducentos xx duos. Et tot
annos d(icit) iosephus usque ad nativitatem thare.
S(ed) usque ad nativitatem abrahe extenditur secunda etas.
Porro aram genuit loth et iescam et sa-
ray et melcha. Et mortuus est aram p(ri)us p(at)rem
suum in hur caldeorum. Et est nomen civitatis ur.
S(ecundum) iosephum ubi et actenus sepultura eius
ostenditur. Hebrei ur ignem vocaverunt. Unde
fabulantur q(uod) chaldei in ignem per quem traiciebant
pueros suos proiecerunt abram et aram quia
nolebat ignem adorare et aram ibi expiravit.
Abram dei auxilio liberatur. Unde d(icitur) Ego sum
qui eduxi te de ur. i. de igne. ut civitate
caldeorum. Thare vero odio habens terram post luctum
aram nec valens sustinere iniurias quas factu-
rant ei ut ignem coleret statuit ei

[illegible]

peregrinari. Et dedit nachor melcham uxorem.
Abre uero saray. Qui et loth fratrem uxoris
in filium adoptavit quia saray sterilis erat.

De egressu thare et suorum de chaldea.
Egressus est ergo thare cum illis ut irent
in terram chanaan. Venerunt usque ad aram
mesopotamie civitatem. lxx ponunt tharan
pro aran quia cum ch aspiratum habent utrobique

in grecum vero non potuerunt. Et ch pro utraque
aspiratione posuerunt. Unde et filium noe chaam
i. cham dixerunt. Inde est quod varie legitur ozeb
ut chozeb rahab ut rachab. Mesopotamia uero
a confluctibus aquis nomen accepit. Meso
enim media potamos aqua. Sicut asyria
dicitur quasi aquis ligata. Et facti sunt dies thare
ccv annorum et mortuus est in aram.

De annis abre post mortem patris.
Dixit autem dominus ad abram. Egredere de
terra tua et cetera. lxxv annorum erat abram
cum egrederetur de aram. Iosephus d(icit) divi-
sit quia chaldeam cum lxx annorum esset domino
iubente ut migraret in chananeam. Si
ergo post mortem patris abram erat annorum
lxxv patet quod diximus quod thare plus quam lxx
annos habebat cum genuit abram. Vel etiam
in illa etate genuit abram. Tunc post
mortem patris erat abram cxxxv annorum.
Aug(ustinus) tamen d(icit) per recapitulationem hoc esse dictum.
Adhuc enim vivente patre cum esset pater clxx
v annorum et abram lxxv egressus est de aram
relinquens ibi patrem et fratrem. Et dum in itinere
iret mesopotamiam dominum locutus est ei ut diceret
nalem benedictionem a patre. Ipse in solempnitatibus in conuiui
is benedicebat minoribus. et in dapibus duplam partem
recipiebat ciborum potuum. Tradunt enim quod in
diuisione hereditatis similiter duplum recipiebat.

De descensu ysaac in geraris. XXVI

Orta autem fame dum uellet ysaac ire
in egiptum. ex precepto dei mansit in ge
raris. et ob amicitiam abrahe receptus est ab
abymelech. et ad exemplum patris dixit de
uxore sua. soror mea est. Forte post dies plu
rimos. uidit abimelech per fenestram ysaac io
cantem cum uxore sua. et accersito ait. Quare impo
suisti nobis. et est hic imponere uerbum absolutum. id est in
positura et dolum facere. et est sensus. Quare nos de
cepisti. Cur mentitus es sororem tuam esse. Po
tuisti si nos inducere grande malum. Si quis
cognouisset uxorem tuam. a uiro liberam esse putans.
et ait ad populum suum. Qui tetigerit huius hominis uxorem
morte morietur. Per recapitulationem uidetur hoc dictum.
Solo enim .xx. tantum uixisse abymelech. scilicet post uendi
tionem predam. Seminauit ysaac in terra illa et
xij inuenit centuplum estimatum. id est estimauit. quia
recordabatur olim de semine iacto se centuplum
recepisse. Licet de antiqua spe hoc esse potuit. sed
forte in omni genere opum centuplatus est. Unde
alia litera habet. inuenit in illo anno centupla. Ob hoc
inuidentes ei palestini. puteos quos foderant
pater eius. obstruxerunt implentes humo. Et ait
abimelech timens eum. dixit ei. Recede a nobis
quia potentior nobis factus es. Et recedens ysaac uenit
in agrum. qui dicitur phara. id est conuallis. et habitauit
iuxta alueum. per quem torrens quandoque influebat. et
eruderauit ibidem puteos. quos olim ibidem
foderat pater suus. sed eo mortuo obstruxerant
eos philistei. Et cum inuenisset aquam uiuam
iurgati sunt pastores gerare. aduersus eum dicentes.
Nostra est aqua. et ob hoc uocauit puteum eseon. id est
calumpniam uel iurgium. Et recedens inde fodit et
alium puteum. et pro illo quoque iurgati sunt. et ob hoc ap
pellauit eum sitanam. id est inimicitias. utrumque putei
hoc dicit ~~iosephus~~ opus in personam reliquit.
Soles contendere cum indigenis. expectans bone
uoluntatis eorum rationem et licentiam. Profectusque

Nota hic quatuor modos pene mortalis in comestione. Primo uile
cibum auide comedendo ut esau lenticulam scilicet primo parentes
helana auide. Secundo delicata cibaria petendo ut filii israel in de
serto et ideo perierunt. Tercio ante horam comedendo ut yonathas. unde
plaga facta est in populo. Quarto iniuste cibos delicatos preparando ut
duo filii hely ophni et fincees et ideo perierunt. Unde et qui homo super
fluum comedit quod uenit meo et aliis est ... desp
uat in libro

inde. fodit item alium puteum. pro quo non contenderunt. Ob hoc vocavit eum rohoboth. i. latitudinem quia dilatavit eos creverat super terram. Et ex illo loco ascendit in bersabee. Et apparuit ei dominus nocte dicens promittens ei quod et promiserat patri eius. Et edificans altare invocavit nomen domini. Et precepit filiis suis ut foderent puteum. Veri simile quod eruderaverunt filii abrahe puteum. Eo tempore venit ad eum abymelech et phicol dux militum. et inierunt inter se fedus firmaverunt. Eadem die redierunt ad ysaac pueri nunciantes de puteo quem foderant quod invenissent aquam et appellavit eum bersabee. i. puteum satietatis vel habundancie. Et imposuit nomen urbi usque in hodiernum diem. Et nota quod in modicis vocis stridulo in scriptura hoc nomen differt a nomine quod olim abraham ei imposuit. Sabee enim per syn ebraice est septem. septimum ut iuramentum sonat. Et asperius astrictum scribitur nunc per syn cum satietatem sonat et mollius sonat. Eo tempore foroneus filius ignathi et mobes primus grecie leges dedit et sub iudice causas agi instituit. locumque iudicum destinavit et nomine suo forum appellavit. Soror ipsius ysis in egiptum navigavit. et quosdam apices litterarum tradidit egiptiis. De agricultura etiam multa docuit eos. Unde cum yo. diceretur ysis ab eis dicta est. quia in lingua eorum terra sonat. Et ob hoc post mortem in numero deorum recepta est. Filius enim foronei qui apis dictus est eo tempore in egiptum navigavit. quem quidam virum ysidis dicunt. et postea ab egiptiis deificatus est et serapis nominatus. De uxoribus esau.

Esau vero quadragenarius duxit uxores Judith et basemath filias potentum virorum inter chananeos semet ipsum dum faciens in parte uxorum. Que cum ambe offendissent animum ysaac et rebecce et licet nollet ysaac parvulos suos misceri cognationi tamen melius flere decrevit. De benedictione iacob. xxvi.

Senuit ysaac. et videre non poterat. Et dixit ad esau. fac mihi cibos de venatione tua ut comedam et benedicat te anima mea antequam moriar. Egresso esau dixit rebecca ad iacob. Sic et sic audivi patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo. Affer ergo mihi duos edos optimos. ut faciam escas patri tuo quas libenter vescitur ut benedicat te pro esau. Abiit ille et attulit dedit que matri. Que cum parasset cibos induit iacob vestibus esau. vestibus valde bonis quibus ut diximus primogeniti utebantur. Timebat non iacob ne deprehensus a patre. susciperet maledictionem pro benedictione. Porro matris pelliculas hedorum manibus et collo eius circumdedit. ut similitudinem pilosi fratris exprimerent. In aliis enim quam similimi erant tanquam gemelli. Acceptos quoque iacob cibos intulit patri dicens. Ego pater mi. Ego sum esau. Comede de venatione mea. ut benedicat mihi anima tua. Cui ysaac accede ad me. et tangam ut probem. utrum tu sis esau an non. Qui palpato ait. Vox quidem vox iacob est sed manus manus sunt esau. Cum autem comedisset et hausisset vinum. osculatus est filium et benedixit ei dicens. Det tibi deus de rore celi. et de pinguedine terre habundantiam frumenti vini et olei. His tribus solet omnis fertilitas terre intelligi. per frumentum cibus. per vinum potus per oleum pulmentum. Et addidit. Serviant tibi tribus. Esto dominus fratrum tuorum. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Nota quod ea que in benedictionibus sunt promissa. habundantia. potentia. ~~primogenitura~~ primitus sunt temporis. secundum litteram vero benedictio fuit. et ideo in benedictionibus sacerdotum verborum solet dici. Benedixit autem iacob secundum litteram ubi non secundum intentionem patris. sicut episcopus ordinat alienum quem putat suum. et est ordinatus. Vix sermonem impleverat pater. egresso iacob venit esau cibos inferens patri. petens ab eo benedictionem. Expavit ysaac vehementer et in hac extasi vidit in spiritu a domino esse factum. et ideo non irascens sed confirmans quod fecerat. ait Venit frater tuus fraudulenter et accepit benedictionem et erit benedictus. Cui esau. Iuste vocatus est iacob. en altera vice me supplantavit i. bis decepit. Prius primogenita prius subripuit. Cumque et ipse benedictionem a patre postularet. et patri hesitanti in quo ei benediceret. vehementer instaret motus ysaac ait In pinguedine terre et in rore celi desuper erit benedictio tua. Et ita fuit. ydumea enim pascualis est. et addidit iphan de postis eius. Vives gladio i. bellicosus eris et fratri tuo servies. Cum scilicet ydumea facta est tributaria domui david. Sed veniet tempus cum excuties iugum eius de cervicibus tuis. hoc factum est cum rebellaverunt ydumei nec esse sub iuda. De fuga iacob in mesopotamiam. De scandalo iacob et esau

Oderat ergo esau iacob. et dixit in corde suo veniet dies luctus i. mortis patris mei ut occidam iacob. Nunciata sunt hec rebecce i. eodem spiritu sensit rebecca cogitationes esau

Nota d. Ego sum esau. Quod per ... et benedictio sit ... esau. Nota ... sicut ... de ~~iohannes~~ et helia non per se sed in similitudine

quo intimuerat iacob fraudare frem. Heu
sat. g°. iacob de medacio in prem. & dolo in
frem p iussione mris. Mater uo p famili
are consiliu spc sci. Que ait ad iacob. fuge
ad laban frem meu & esto ibi donec quiescat
indignacio fris tui. Id uo absq licentia pris
fiet. ait rebecca uiro suo. Si accepit iacob
uxore de filiab; heth nolo viuere & aduocatis
ysaac. iacob bndixit ei. & pcepit ei ut iret i
mesopotam. accipe s' uxore. de filiab; laban
v xxviii Videns aut esau. q offendisset prem suu. p nup
tiis alienigenaz. iuit ad ysmaele patruu
suu. accipe s' uxore filia eius malech soror
nabaioth uterina. absq hiis quas prius hebat.
Igit egressus iacob de bersabee pgebat aran
p cananea uo iter faciens. timuit incolas tre
illius. q ut ait iosephus cananei erat i deuoti
ysaac. p oribz bellis eius ualde genuati. metu
cu cariatirm cepiss. ccc qm scipue laborauat.
Timuit g°. iacob aps. aliqi puitiale intrare
& sub diuo iacebat. Cu aut tnsiret iuxta. luza.
uespe. vespe. supposuit capiti suo lapide. & ob
dormiuit. & uidit in sopnis scala erectam a
tris celos attingente & ascendentes anglos &
descendentes p eam. iosephus d'. uidit descendetes
p eam figuras. honestiore natura hntes q hoies
& dnm in mxa scale. dicente s. Ego su deus a
braha & deus ysaac. tra hanc dabo t. & semi
tuo. Benedicent in te & in semie tuo oms tbz
tre. Ero custos tuus in hoc itine. & reduca te
in tra hanc. Ordine postero usus e dns
Prius em in ppa psona custodiuit iacob post
sub iosue. dedit semi eius tra illa. In fine
tpm in xpo de iacob bndic sut oms terre
Euigilans iacob ait. Vere dns e in loco isto &
ego nesciebam. Terribil' e locus iste & e dom
dei hic & porta celi. & pphauit de lege & te
plo & passione x. q in terra illa futa erat.
Terribil' e em lex. domus dei e templu. pas
sio x. apcio porte celi. Et lapide. q suppou
erat capiti suo erexit l' in titulu .i. i comedacte
memoria. huius uisionis. Et libauit sr illu
oleu dno vouens dno hui apparuerat ei. sep
s' ee in deu & lapide .i. locu lapidis. sp s' ho
rabile ee. & in reditu decimas & hostias.
se oblaturu ibi & urbe prima & horada de
creuit. Vocauit eam bethel. i. domu dei ut p io
sephu .i. hostia dei. Prius em Iebus. a iebu
seis.

Solima luza. bethel iosolima iebus helia
urbs sce. ut in d'. aug salem.
Hic hoc pdicati greges ad aquas
qui eam condiderant vocabat. Post luza .i.
nux ut amigdalus. q cu l' fulcimina iacent.
radix amigdalina inuenta e. yl forte copia
hui gnis arbor i est XXIX
Procedes g in mesopotamia longo tpe
tpe uenit i charan. & uenit ad puteu in
ag°. optu lapide gndi. iuxta q tres greges
accubabant. Cuq dixisset pastorib; ut adaq
rent greges & ad pastu reducent. acceperit.
moris ee ibi n amoueri lapide donec oms
greges ducerent. Cuq paciaret d' laban
ualet. inquit pastores. Et ecce rachel filia
ei cu grege suo. Que cu venisset amouit ia
cob lapide. ab ore putei. Patet. q n solus
iuit iacob. & adaquauit grege eius. Et i
dicans se cosobrinu eius osculat e ea. Que
nunciauit h pri. Qui occurres duxit iacob i do
mu sua. & audita causa fuge dixit ad eu. Os
meu & caro mea es io secure lateb' ap'. me
Tande cura gregis eu hre decreuit. Post mse
uo dedit iacob optom mitedis p scute pastoli
Habebat au laban duas filias. De duab; uxoib; iacob
lyam lippa oculis. & rachel venusto aspu
Quam diligens. iacob ait. Quia e vii. anis
p rachel. Seruiuit g°. p rachel. vii. anis. & vi
debatur ei pauci dies p amoris magnitudie.
Licet dem e pui. q desideranti aio n ipa uelocitas
tarda e. Sz dem e pauci. q uidebat ei re
ta amabile. diebus paucis emisse. loge pli
bz anis seruiuisset ei p ea. plus qm ea caret.
Vt dies uot labore dier. qui uidebat ei p
uulus. q labore leuigabat amor. Copleto
septi°. fecit laban nuptias genero suo. Vespe
au fco subintroduxit lya. dans filie ancilla
noie zelpha. iacob u°. ut d'. iosephus p ebrie
tate & nocte lye coniunctus e. Sic fco apud
laban de iniusticia conqrebat. Qui dedit ueniam
venia postulas. moris ee l' assereres. mino
res an tradi ad nuptias. Sz p° alios sim
quosda vii anos se datur ei rachel. laudatur
cam ptelati tpis. d. se n libuit. filia ad chana
neos missura cu & dolet. de sorore pmam
ageret. q ea illuc direxisset. Ios u°. d'. errasse
illos. qui dixerunt p° vii alios anos rachel tra
dita. Sz p° vii dies couiuiorz. q d. q. pbare
sr alia inducta sposa fas n erat. Quib; finitis
iacob optatis potit nuptiis amore sequetis
priori ptulit. Seruiens p rachel aliis vii.
annis. De iii. filiis lye & filiis ancillarum

sacramenti sedem ioseph

[D]ominus autem aperuit vulvam Lye sorore ste-
rilitate [gloss: maneute] ut amore viri fecunditate
consequeretur. Que peperit filium et ait Vidit
dominus humilitatem meam i. vilitatem erga virum.
et ideo vocavit filium Ruben i. visionis filium. Rur-
sus peperit alium et ait. Audivit dominus me haberi
contemptui. et ideo dictus est Symeon i. auditio.
Peperit tertium filium et ait. Copulabitur mihi vir
meus quia addidi ei filios. et ob hoc dictus est Levi
i. additio vel firmator. Peperit quartum et ait. Modo
confitebor domino. et ob hoc dictus est Iudas i. con-
fessio. Cessavitque parere. Unde Rachel invi- xxxv
dit sorori et ait [gloss: ad iacob da michi] liberos. alioquin moriar.
Cui ait. Numquid ego pro deo sum. Et illa Si non de
me saltem de ancilla mea. et dedit ei Balam in co-
niugium non in uxorem sed ut ei nuberet. Peperit Ba-
lam filium. et dixit Rachel Iudicavit me dominus
i. adequavit me sorori mee. et ob hoc dictus
est puer Dan i. iudicium. Peperit et alium et ait Ra-
chel. Comparata sum sorori et invalui. et hoc ob dictus
est puer Neptalim i. comparatio vel dilatatio.
Lya quoque tradidit viro [gloss: Zelpham] que peperit filium et ait Lya
Feliciter. et dictus est puer Gad i. felicitas.
Peperit et alium et ait Lya. Beatam me dicent gen-
tes. et dictus est puer Aser i. beatus. [H]is
temporibus factum est diluvium particulare in Achaia sub
Ogige rege qui urbem que nobis Athene innotuit
Eleusinam nominavit. Tunc et apud lacum Tritonidis
virgo apparuit quam Greci Minervam dixerunt. Hec
plures artes adinvenit et maxime lanificium.
Et dicta est Pallas a Pallene insula Tracie
in qua nutrita est vel a Pallante gigante quem
interfecit in Egipto. Traditur autem quod cum post diluvium
Ciclades longo tempore obumbrate fuissent aquis
variis ... prima inter eas Delos illuminata est
et ideo Delos dicta quod sonat manifestum. De Ru-
[R]uben tempore messis et cetera. leg. filius Lye.
triticee s. iam collectis ordeis. vel forte
tres collectos a metendo vel colligendo. Dicunt
messis pomorum que prima. messis triticea que secunda
vindemiarum messis que tertia. Hoc in quo tempore re-
gressus ab agro regressus Ruben detulit
mandragoras et dedit matri sue. Cuius esum de-
sideraret dixit. Rachel. Dixit Lye. Da mihi de man-
dragoris filii tui. Opinatur enim quidam hoc genus
pomi in esca sumptum sterilibus fecunditatem parare
quod filium ut apparuit ... Cum enim
mandragora vidisset Rachel huius locutionis decorem
vim et naturam eius diligenter se perscrutatum asserit

dicens. Numquid dicit quod se gratulatum quod ei mandragora
vidisse contigisset. gratulatum quidem pro fructus laudis in locum
et naturam eius. quam prius discernere potuit perscrutatum. Sed non
illa sed que virtutes radicum doceret et pectus liberaret et de
virtute quidem pro Bala non est. Habet eius virtute. quia non statim
concepit Rachel. sed post duos alios Lye prius et Rachel
fortassis concepisse pro pomi varietate et odoris suavi-
tate. Est enim saporis insipidi.

et michi tale repisse mercede. Et ait Lya parum tibi
non videtur quod abstuleris mihi virum. nisi et mandrago-
ras filii abstuleris. Rachel mitigans iram soro-
ris ait. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris
filii tui. Et occurrit Lya redeunti Iacob de agro. quod
eum mercede conduxisset significans. et concepit nocte
illa. et peperit filium quintum. et ait. Deus dedit
mihi mercedem. quia dedi ancillam viro meo et ideo vo-
cavit filium Ysachar. quod sonat merces. Achar enim
merces pro eo. sic et vocavit eum. quia mandragoris
emerat viri introitum. Rursum Lya concepit
sextum filium et peperit et ait. Mecum manebit ma-
ritus meus. quia genui ei vi filios. Et ob hoc
vocavit puerum Zabulon i. habitaculum In hoc tamen nomine
hebreorum violentus fluxus noctis interpretatur. Postque
peperit filiam Dynam. Recordatus est dominus Rachel
et aperuit vulvam eius. que peperit filium et dixit. Addidit
mihi dominus filium alterum et ob hoc dictus est puer Ioseph
i. augmentum. De mercede Iacob et diversis coloribus

[F]initis xiiii annis servitutis virginis et fetibus
eius dixit Iacob socero suo. Da mihi uxores
et liberos ut revertar ad terram meam et ait
Laban Inveniam gratiam in conspectu tuo. ut ad-
huc serves mihi vii annis et constitue mercedem quam
dabo tibi. Experimento enim didici quod propter te benedixerit mihi deus et
domui mee. Et ait Iacob Iustum est ut aliquando
provideat domui mee. si feceris quod postulo ad huc
pascam pecora tua. Separa greges tuos varios
et sparsos vellere et trade in manu filiorum tuorum.
unicolores vero trade mihi. et quod ex unicoloribus na-
tum varium fuerit. sit merces mea. et quod unius coloris
tantum. Respondebitque mihi cras. i. in futuro iustitia mea.
Quod dicitur. Quantum fieri natura. ut alba ex albis nigra
ex nigris nascatur. mecum iusticia mea. dividemus [gloss: cum de]
pro labore meo. quod iustum est videbitur. reddet mihi contra
naturam. Gratum habuit hoc Laban et separavit omnes
diversi coloris. et dedit filiis suis in custodiam. per
unicolores tradidit Iacob. et separavit iter trium dierum
inter Iacob et filios suos. ne quis ex vicinitate [gloss: pecoris]
nasceretur color. Et licet dictum planum est. non quod in
textu legitur. quod Laban unicolorem gregem tradidit
in manu filiorum suorum. quod contrarium ei videtur. quod diximus.
Potest tamen dici eum tradidisse in manum filiorum suorum [gloss: filiorum]
i. nepotum suorum. s. Iacob. qui sub patre opili-
ones erant. Vel per anticipationem dictum est
Unicolores post natum sub custodia Iacob dedit
filiis suis. cum diversi coloris prius dato. Iosephus quoque dicit
usque ad tempus suum confusum hunc locum fuisse. Iacob
vero novam non strophan commentatus contra. naturam
[gloss: i. confusione]

arte naturali pugnavit. Tulit enim virgas virides
populeas quas Hebrei stiracteas vocant, et amigdalinas
et platanineas, quas per loca decorticavit, 13
variumque virgarum fecit colorem. Forte tres erant
canales et tres virgae, tamen eiusdem longitudinis
cum canalibus tulit, cuique canali suam virgam imponens.
Et forte plures in canalibus virgae erant.
Observabat ergo Iacob tempus quo pecora accedebant
et in fervore diei cum ad potandum avida pergerent,
in ipsa aviditate potandi faciebat oves et capras
ascendi, ut tales fetus conciperent, quales
umbras hircorum et arietum super se ascendentium in
aqua ut speculo videbant. Et virgis enim in potis
varius erat umbrarum color. Sic autem omnes
fetus diversicolores fiebant. Et deprehendens dolus
sic temperavit Iacob. Primo tempore cum ascendunt
oves, quia tunc fetus meliores sunt, ponebat virgas
ut in conspectu earum conciperent. In serotina vero admissura
vel in ea que fiebat in extremitate veris,
deteriores sunt fetus, quia in tarde appetentibus
coitum minus viget natura. Et ideo tunc non apponebat
virgas. Et ita que serotina erant facta sunt Laban,
et que primi temporis Iacob. Ut forte serotine admissure
dicta sit in autumpno, quia natura ovium Mesopotamie
et Italie eadem esse traditur, ita ut bis in
anno pariant. Unde poeta: Bis gravide pecudes.
Et cum dicitur quod in virgis conciperent. Dicit Ieronimus hebrei
non ubi cautum expressum possit. Sed est enim
extrema totius corporis concussione in fervore
coitus extinctio. Sed mirum si talem conspecte virginis 13
sobolem fieri in extremo voluptatis. Cum hoc ipsum in equorum
gregibus apud Hyspanos fieri dicatur Ieronimus.
Et Quintilianus matronam accusatam quod ethiopem pepisset,
ex ymagine conspecta hoc accidisse argumentis defendisset.
Et in libris Ypocratis scriptum reperitur quandam
puniendam quia pulcherrimum pepisset, utrique parenti et
suis toti dissimilem, nisi monuisset Ypocrates
que si forte talis pictura esset in cubiculo.

XXXI Dictatus ergo Iacob. Abiit Iacob ad uxores.
Audivit Iacob postquam ergo audivit verba filiorum Laban dicentium: Iacob tulit nostra et
de facultatibus patris facti est inclitus. Et faciem
Amin Laban aduxit quod non esset erga se ut heri et nudiustercius,
maxime Domino dicente ei: Revertere in
terram tuam et ero tecum. Misit et vocavit Lyam et Rachel
in agrum ubi pascebat greges et ait: Pater
vester non est mecum ut heri; et scitis quia tunc mutavit
mercedem meam decem vicibus. Hebrei dicunt decem
annis, sed intelligendum est decem annis vel decem
volutionibus, quia denaria mutatio facta est in sex annis. Dicit

enim Iosephus quod omni tempore quo fuit cum Laban
xx annorum fuit. Soluit autem Iacob tandem septimanam
annorum complere sub illo pro eius nequitia.
Videns autem Laban plures nasci diversi coloris,
dicebat: Deinceps unicolores sint
mercedes tue. Et cum videbat unicolores multiplicari,
mutabat mercedem. Et addidit Iacob:
Deus tulit substantiam patris vestri et dedit mihi, qui in
sompniis ostendebat mihi quales fetus essent nascituri.
Qui et dixit mihi: Surge et egredere de terra
hac. Responderunt Lya et Rachel: Quasi alienas reputavit
nos pater. Numquid residui quicquam habemus
de facultatibus et hereditate domus patris nostri? Sed quicquam precepit
tibi Dominus fac. De fuga Iacob et fedus cum Laban.

Surrexit itaque Iacob cum uxoribus et liberis
abiit. Tulitque omnem substantiam eius et greges
et quicquid in Mesopotamia acquisierat. Reduxit
autem Iacob ut ait Iosephus medietatem gregis
nesciente Laban, qui eo tempore ad tondendas oves
ierat. Rachel vero nesciente viro ydola patris
sui furata est, et secum tulit non ad colendum,
sed quia docente viro sciebat non colenda esse,
sed si deprehenderent, pro consequendo ut ad hec confugiendo
veniam ei impetraret. Iuit ergo Iacob
amne transmisso contra montem Galaad. Et nuntiatum
est Laban die tertio quod fugisset Iacob. Qui assumptis
filiis suis et cognatis secutus est eum vii diebus.
Iosephus dicit Laban post decem dies primum quod
eos discessit Iacob, et filiarum persecutus est eos, et
in colle quodam collocatos invenit eos. Prius dicitur
quia si tunc cognovit die tertio primum ut potuit persequi dierum
ergo cognovisse quia tunc extitisse tertio die vel
ad eum ubi filii pascebant greges, qui separati
erant a Iacob itinere trium dierum ut predictum est. Vidit
autem in sompnis Laban Deum dicentem sibi: Cave ne
quicquam aspere contra Iacob loquaris. Qui consurgens
ait ad Iacob: Quare me ignorante fugisti, et
tunc furatus es deos meos? Consobrinus et gener
et copulator meus. Sed facere non debueras. Et
Iacob: Timui ne violenter filias tuas auferres
mihi, quia tu nec me sed filios sequeris. Quod autem furti
me arguis, apud quemcumque inveneris necetur coram
fratribus meis. Ingressus Laban tabernacula Lye et
ancillarum non invenit. Cumque intraret tabernaculum
Rachelis, illa subito stramenta cameli abscondit
ydola et sedit desuper, et patri querenti dixit:
Ne irascatur dominus meus quia nequeo ei assurgere, quia
iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit michi.
Et sic delusa est sollicitudo querentis. Iratusque Iacob
iurgavit eum, quod pro dilectione servicio xxx annorum

non meruerat. ut ipse omnem supellectilem
scrutaretur. Et ait laban commotus. Omnia que
cernis mea sunt. Et quid possum facere filiis et nepoti-
bus meis. Veni et ineamus fedus. Tulitque
lapidem iacob. et erexit illum in titulum federis
et ait fratribus suis. Afferte lapides. Qui congregantes
fecerunt cumulum et comederunt super illum. Et ait
laban. Tumulus iste sit testis federis nostri.
nec ego transeam illum pergens contra te cogitans
malum. neque tu transeas ad me nocens. nec
affliges filias meas. nec uxores alias super-
ducas. Et ob hoc dixit iacob lingua sua
collem galaad. id est acervum testimonii. Vel cumulum
testimonii. laban autem lingua sua ligar [sedutha vocavit eum]
fimutha. Laban autem de nocte consurgens benedixit
illis reversus in locum suum. Porro iosephus
dicit eos et columpnam in monte statuisse sub cuius
[sub figura] te fine. forte acervum columpnam vocavit.

De muneribus premissis esau. XXXVII

Iacob abiit in itinere quo ceperat. Fuitque ei
obviam multitudo angelorum confortans eum ut se-
curus esset et certus ne timeret fratrem. Iacob
hoc nominavit locum illum manaym. id est castra quia ibi
vidit angelos quasi paratos eum defendere a fratre quem
timebat. Misit autem ab illo loco nuntios ad
fratrem qui explorarent animum fratris. Qui reversi
nuntiaverunt. Esau ecce occurrit cum quadringentis
viris. Timuit autem iacob non de permissione
angelorum diffidens. sed more hominum perturbatus
et divisit populum qui secum erat. in duas
turmas ancillas et liberos earum in priori turma.
in secunda liberas et filios earum. ita tamen quod in extre-
mitate eius posuit rachel et ioseph. quia cari-
ores. Unde et quidam erudierunt putantes
tertiam turmam rachel et ioseph fuisse. Hoc autem
divisit ut si veniret esau ad nocendum
et priorem percuteret turmam reliqua fugiens sal-
varetur. Separabat autem ibidem de hiis que habebat
munera fratri suo queque pulchriora et cariora
et diversorum generum multa. Misit et ea per diversos
nuntios. ponens spatium inter gregem et gregem.
ut ex frequentia munerum se subsequentium multa
esse putarentur. ut muneribus si quid indig-
nationis adhuc esset in esau placaretur. Precesse-
runt ergo munera ipse adhuc erat in manaym.
Consurgensque ante diluculum transvexit uxo-
res et filios cum omnibus ad se pertinentibus per va-
dum Jaboth. Josephus dicit quod pro torrente nomine
Jaboth transierunt. In genesi habetur cum orasset iacob.

timens fratrem dixisse. In baculo meo transivi ior-
danem istum et nunc cum duabus turmis regredior.
forte iordanis erat quem transivit. Et quia ibi calcu-
losus et torrens dicebatur vadum Jaboth. forte
in vicino septentrionis quod iacob iaboth habetur et sic transi-
tu illo sortitum est hoc nomen vadum iacob.

Hoc in vilitatis a iordane in finibus ydumee. iaboth quod transivit iacob

De lucta iacob cum angelo et mutatione nominis

Dum autem precedent turme solus in ripa
fluminis mansisset ut oraret et ecce vir
luctabatur cum eo usque mane. qui levum nervum
femoris eius tetigit et emarcuit. Unde et ia-
cob proponit se deinceps non comesturum ner-
vum. Et ideo ipsum posteritas eius observat. Cumque
ascenderet aurora dixit vir ad eum. Dimitte
me. Qui respondit. Non dimittam te nisi prius benedixeris
michi. Viro autem querenti nomen suum. ait se vocari
iacob. Nequaquam inquit ille appellaberis nomen tuum
iacob. sed israel. quia si contra deum fortis fuisti.
quanto magis contra homines prevalebis. Et ita benedixit
ei mutando iacob scilicet nomen et confortando. ne scilicet
timeret fratrem. Quasi enim contra deum stetit in-
victus fratrem cum ei in sequentibus quia invictus staret
contra fratrem. Josephus dicit hoc nomen israel hebraice
sonare reluctantem angelum sanctum. In hoc autem
nomine hebreorum interpretatur vir videns deum. Is .n.
vir. el nomen dei. ra vero videns dicitur. vel sentiens
videns deum. Hanc autem interpretationem dicit ieronimus non tam verbi
quam violenter factam esse. Illam dicit iosephus in libro
hebreorum se non invenisse. et dicit israel interpretatum ia-
cob sonare princeps cum deo. Hic enim angelum
interpretatum fuisse asserit. Si contra deum fortis
ut princeps fuisti dicit. Vocavitque iacob locum
istum phanuel. id est faciem dei. et ait. Vidi dominum
facie ad faciem. et salva facta est anima mea. id est vitalis
causa et plurimum conservata. Cumque transgressus esset
phanuel ortus est ei sol et claudicabat.

De occursu esau et impetu eius in sychem. XXXVIII

Levans autem iacob oculos vidit esau et cum eo cccc
viros. et precedens utrasque turmas quas fe-
cerat adoravit pronus in terra septies. Cur-
rens autem esau amplexatus est eum et deosculatus
flevit. Querens autem cuius essent mulieres et parvuli. Cumque
accepisset pertinere ad iacob. accessit et deoscu-
latus est eos. Cumque nollet esau munera pre-
missa retinere. se plurimum habundare dicens. ait
iacob. Si inveni gratiam coram domino meo. accipe
munusculum de manu mea. Sic enim vidi faciem
tuam quasi viderim vultum dei. id est angelus potentis-
simum. Non enim ut deum credebat illum et in tanta

Josephus dicit quod luctabatur cum angelo omnibus in manibus. quia cum asti dicerat in peregrinatione. et tunc volebat eum relinquere et ad deum evolare. sed omne obtinuit benedictionem. quod dicit ei. sicut obtinuisti omne apud dominum benedictionem. ita et gratiam obtinebis esau humilitate

q. civitas in qua regnavit melchisedech. sed in ipsa civitas
melchisedeche in eadem regione sit. hic in ierusalem. ad he
breos non regnavit melchisedech in ierusalem sicut dicitur

prorupisse adulterium. Reversus est ergo Esau dehinc illo
in seyr. villam quam de nomine suo sic dixerat. Ia
cob autem inde procedens fixit tabernacula in loco
quem ob hoc. dixit sochot .i. tabernacula. De quo dicit
Iosephus. Sochot usque hodie est civitas transiordanem in parte
sycopoleos ubi gedeon transierat iordanem. et locutus est ad
viros sochot. Sed mirum est. quod dicit transiordanem. cum
iacob secundum quosdam iam deus esset transisse iordanem.
cum esset in sochot. Forte transiordanem. dixit respectu
mesopotamie. de qua redibat iacob. vel. postquam
iam erat transiret iordanem. sed iaboth. Cum enim dixit
super iordanem istum non pertinet nominavit. sed notum fore
minimum iudex indicavit. Abiit ergo de sochot in
salem. scilicet urbem sicimorum .i. in sichem. Et sichem
enim sichimi vel sicimite dicti sunt. et forte bi
nomina erat. vel ut hebrei tradunt moyses
eam tunc tamen salem vocavit. .i. consumatam et per
fectam. quia ibi femur iacob clauditatis sanata
tum sit. Porro iacob emit viginti. agnis partem
agri ab emor rege sicimorum et a filiis eius.
centum agnis. habitavitque ibi. Et erecto altari
invocavit fortissimum deum israel. ¶ De morte
xxxiiii° Emor et sicimitarum et raptu dine et fuga iacob
Egressa est autem dyna ut videret mulieres re
gionis illius. quia ut ait iosephus. sicimitis
sollempnitate habentibus sola transivit ad urbem
emptura ornamenta puellarium mulierum. quam videns
sychem filius regis. adamavit eam et rapu
it et in oppressit virginem. Et conglutinata est anima
eius cum ea. et ait patri. Accipe in puellam hanc
virgine virginem. Egressoque rege cum filio. ad iacob.
filii iacob veniebant de agro et irati sunt ve
hementer. Regi autem querenti uxorem eorum amici
tiam. et societatem ut mutua contraherent conu
gia et sychem offerenti multa. et permitteti
ampliora. responderunt in dolo. Illicitum est nobis
nos federari incircumcisis. sed circumcidimini et eri
mus populus unus. Placuit oblatio emor et
filio eius. nec distulit adolescens. quin statim
impleret. Et intrantes urbem persuaserunt
populo. et circumcisi sunt omnes. Et ecce die tercio
quando gravissimus est dolor vulnerum. symeon et levi
arreptis gladiis confidenter urbem ingressi sunt
et interficientes omnem masculum vincentem et ex
tulerunt sororem suam de domo syche. Ceteri
vero fratres irruerunt super occisos et depopulati
sunt urbem. Parvulos quoque et uxores duxerunt
captivas. Iosephus dicit. Cum esset festivitas et
sicimite requiem et epulis uterentur. in civitate
primis custodiis insistentes. dormientes

occiderunt. Quo agnito dixit iacob. Symeo
ni et levi turbastis me. et odium fecistis habi
tatoribus terre huius. Percucient me et dele
bor ego et domus mea. Dixit autem deus confor
tans eum ait ad illum. Surge et ascende in
bethel. et habita ibi et fac altare deo apparui tibi.
sed prius sanctifica tuos .i. munda tuos a sordibus.
iacob vero convocata domo .i. familia. dum perscru
taretur suos invenit deos laban. ut ait
Iosephus. Rex enim nesciebat, eo quod rachel ce
lasset eos in arbore sub terra. Et ait suis.
Abicite deos alienos. et mundamini. et ascen
damus in bethel. De sichem enim attulerant
ydola et inaures .i. ornamenta ydolorum. quam
pro toto. quam omnia effodit iacob. subter the
rebintum quod est post urbem syche. Tradunt quidam
quod ea tulit david in ierusalem et conflavit ea
in materiam templi. quod fracte dispoliaverat. Porro
terror dei invasit finitimos fugitivos. ne persequerentur
iacob. qui profectus venit in bethel. et edifi
cavit ibi altare. obtulit domino viginti. id quod
prius voverat. Eo tempore mortua est delbora
nutrix rebecce. et sepulta iuxta bethel. sub
therebinto et vocatum est nomen loci quercus fletus
et non quia hic vel quod quercus et therebintus sunt idem.
Ibidem iterum apparuit ei deus et ait. Iam non vocaberis
ultra iacob. sed israel erit nomen tuum. et appellavit
eum israel. Et ecce. patet quod supra nomen premisit.
tamen hic autem imponit ¶ De morte rachel
Egressus inde .i. partu beniamin.
iacob. venit verno tempore ad terram. que du
cit effrata .i. betlehem. Et est anticipatio. prius
enim dicta est effrata. ab uxore caleph. que ibi
sepulta est. Ibique cum parturiret rachel cepit
periclitari. tamen peperit filium. Bennoni .i. filium
doloris. pater vero est circumcidit eum vocavit benia
min .i. filium dextre. Sepulta est ergo rachel in
via que ducit betlehem. et sola inter cognatos
honorem sepulture abrahe habere non meruit.
Erexitque iacob titulum super sepulcrum eius. qui ap
paret usque in presentem diem. Et egressus inde
fixit tabernaculum transturrim ader .i. turrim
gregis. Hunc locum dicunt hebrei. ubi post edi
ficatum est templum. et domus quidam quodam vatica
nio. turris gregis .i. congregationis future ad tem
plum. sed Iosephus ait. locum esse iuxta betlehem. ubi
vel angelorum grex ortu domini cecinit. vel ia
cob greges suos pavit. nondum inde loco relinquens
cumque habitaret. Ruben dormivit cum bala con
cubina patris. quod tamen non latuit iacob.
egredienti autem anima pre dolore pater vero moriens vocavit
filium

Themã metpol' ydumee · v'l ciuitas temanites · et suitan vel baldath suites · herron in finibz ydumee
et arabie · libanus diuidit ydumeã et feniciã · in radice eius oriunt' abbana et pharphar fluentes flumĳ sc' antiochie 18

De morte ysaac et regibz edom

Venit etiã ad ysaac prem suũ in ci-
uitate ebron · et ia mortuã inuenit
matre · sed et mltũ post aduentũ ei' completi
sunt dies ysaac · C lxxx annoz · ut ħ iosephi'
c lxxxv · annoz et appositus est ppló suo plen'
dierũ · et sepelierũt eũ filĳ eius esau et ia-
cob in spelunca dupplici · hic t'minat' p' lib' Io-
sephi · Porro mortuo pre ditati sũt esau
et iacob · ita qd eos t'ra nõ capet · et redĳt e-
sau ad montana q̃ dimiserat · et dca ẽ t'ra
ab edo ydumea · q̃ plus dicebat' bosra · Enu-
merãs moyses vĳ reges illustre / et p'mo usqz ad
ult'm qd uide potuit · ait · Regnauit post
Bale iobab filius zare · de bosra · et hũc di-
cũt quidã fuisse iob pnepote esau · Sz he-
brei cõdicũt · ut ħ dem ẽ · qr d' stirpe nachor
uidet' et in gñ · qd eade t'ra an esau · dca
fuit seyr · Ennumeratis eñi filĳs esau · e-
numerat pncipes horreoz · qui fuñt in t'ra
añ esau · de quibz incipit sic · Isti sũt filĳ
seyr · horrei habitatores t're et̃ · Horreos
eñi expulit esau · ut ħ in palipomenõ · Q'
dca tñ dicũt enacheos ħ reges · q̃ fuñt de
esau in edom · anq̃m filĳ isrl' hũissent rege
s · saul · et dicũt hic enatheom apponit
ab esdra · qui eã scire potuit · In enaceoe
v° istoz ħ de ana · filio sebeon · cui' filiã
duxit esau · q' inuenerat aq̃s calidas in
solitudine · dũ pasceret pris sui asinas · he-
breũ v'm ẽ inuet' iamnum · de q° ut ait
ier' · uarie disputat hebrei · dicũt q̃dã
iamnum maria · qr latũ inuet' in hemo · Alĳ
putãt aq̃s calidas lingua punica · q̃ affinis
ẽ hebẽ hoc noĩe dici · quãs greci termas
uocãt · Alĳ dicũt eũ onageros · asinab' ad
misisse ut inde ueloces asini nascent'
q̃ uoñt' iamnu · Alĳ dicũt iamniũ · associete
diuersoz · qr p'm' equãs asinis fec' ascendi
ut muli nascerent' · Nondũ qr in recapi-
tulacom filioz esau · po' moyses ẽ' noia
ducoꝝ eius ab illo' · q̃ ante posuerat · Sz et
iosephi' · qd amalech filius esau nat' d' concu-
bina · habitauit in pte ydumee · q̃ gabalitis
dicebat' · et dix' ea · amalechite · Hys uo
pt'missis excursum ẽ · ad enarracom iacob ·

Eo tpe pmethe' fr athalantis · p'm' dicit' ẽ
fecisse hoies · tũ · qr de rudibz doctos fecit
tũ · qr ħ fecisse hoi'm ymagines · q̃s arte q̃dã
deambulare fecit · Inuenit ẽ p'm' anulũ
sed ferreũ · et inclusit gemã · vñ et ungulã
uocauit · qr sicut ungues carne sic gema
metallo circudat' · Tradidit aũ ut in q'rto
digito · q' mediciũ uocat ponet' · ad ornatũ ·
dignioꝝ hũc reliquis · d · qr ab eo usqz ad cor
q̃dã uena ptingat · Dicit' et tpe cca ista ·
esculapius i nam inquã pictus erat · dracõ
in greciã uenisse · et agriculturã explicasse
Ceres uo pt' instrumẽta arandi et mẽsurãdi
granũ ad inuenit · cũ plus in arconiis · sege-
tes ponens · et etiã p' acuos nutrirẽt · Iu-
ta grecis de metra dca ẽ · Tunc et thel-
chines victi et ceculees rodum sediderũt · XXXVII°

De sompno et vendicione ioseph ·

Ioseph · c · xvi · annoz ess; pascebat grege
pris sui · Sciendũ qd ante morte ysaac
xii · annis vendit' ẽ ioseph · qd sic pbat' · Sexa-
genarius erat ysaac · cũ natus ẽ iacob et c
lxxx · annoz qñ mortuus ẽ · Ergo c xx a-
noz · erat iacob in morte pris · In uendicõe
aũ filĳ · c · viii · annoz fuit · Cũ eñi iacob ·
ue' ad ioseph in egiptum · c · xxx · annoz erat ·
Sz int' descensũ eius in egiptũ · et vẽdicone
ioseph fluxerũt · anni xxii · Ioseph · n · xvii · annoz
erat · cũ vendit' ẽ in egiptũ · et xxxix qñ Si cõputes xxx ·
ue' ad eũ pr · Redit g° moyses ad id qd pt' qñ stetit corã
miserat · Dũ g° rediret iacob de mesopota- pharaone · et vĳ fer-
mia et nõ dũ venisset ad prem adhuc uiue- tilitatis et duos
te Rachel · Sz ioseph fca ẽ vendicio ioseph famis annos pma
in hũc mo'm · Oderãt eũ fres sui · qr et pre
plus cet'is amabat · Tũ qr in senectute genu-
erat eũ · tũ qr pstancior corpe et sapiencior
erat alĳs · Accusauerat qz fres ap' prem
crimine pessimo ul' de odio in ipm · ul' de coitu De brutis
pecorum ul' sola Ruben de concubina pris · fecitqz
ei pr tunicã polimitã · i · uarã ul' arcu pictã
ul' · ħ aquila · tunicã aspcrgoalẽ · i · talare · ul'
ħ simachũ · tunicã manicatã · i · manicas hñte
tũ alĳ collobĳs utebant' · ut expeditores ess; · Oppinio scd'm
Pt tñ dici manicata manu picta · aut · s · ordine sy ·
supinducta · Cã odĳ tñ maior fuit visio sōp-
nioꝝ · Retulit ei fribz sōpni' qd uiderat · d ·
Putabã nos manipulos ligare in agro · et vros
manipulos adorare manipulũ meũ stare · Q'
dixerũt · Nũq̃d rex nr' eris aut subiciem' · dicõi tuo
· ad · qz sōpnũ pro pnte retulit eis · Vidi q'si so-
le et lunã et stellas xi adorare me · Increpauit
eũ pr et ait · Nũq̃d aũ ego et mr' tua et fres
t · adorabim' te sup t'rã · Potuit h° cõruo
dici qr mr' adhuc uiuebat · tñ n° mr' adorauit

cum quia non descendit in egiptum. Nec pater legitur adorasse
eum quia nec ioseph sustinuisset. Sed fratres adoraverunt
et parentes in filiis. Cumque fratres morarentur in pas-
cendis gregibus in sychem. misit eum pater de valle
ebron ut videret si salva essent circa fratres et pecora.
Cumque non inveniret eos in sychimis secutus
est eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul
mutuo loquebantur. Ecce sompniator venit. Venite
occidamus eum et mittamus cadaver in cisternam
veterem. dicemusque fera pessima devoravit eum.
Ruben autem volens liberare eum dicebat. Non
effundamus sanguinem eius innoxium. sed vivum proicia-
mus in cisternam ne pater et mater amara moriatur.
In luctu. Dicit iosephus matrem adhuc vixisse.
Nudatum autem eum tunica polimita miserunt in
cisternam in qua non erat aqua. et recessit ruben
meliora querens pascua. Dum autem adhuc sede-
rent comedentes panem. viderunt ysmaelitas
venientes de galaad. portantes in camelis aroma-
ta et resinam et stacten. et mirram in egiptum. Dixitque
iudas fratribus suis. Melius est ut vendatur puer
iste ismaelitis. et manus nostre non polluantur. cela-
do sanguinem eius. frater enim et caro nostra est. Et ven-
diderunt eum madianitis. xxx argenteis. Eos-
dem vocat madianitas quos et ismahelitas. Ma-
dyan tamen de cethura filius abrahe. ysmahel
de agar. Et filios de utrisque uxoribus legitur abra-
ham ab invicem separasse. forte separati prius postea
redierunt in unum. et facti sunt unus populus. utriusque
parentis retinentes nomen. vel forte vera est hebreorum
opinio. qui dicunt agar et cethuram unam fuisse
et ita forte nunquam separati fuerunt. Reversus
autem ruben ad cisternam non invento puero et credens
interemptum scissis vestibus eiulabat. Et accep-
to quod viveret quievit. Tulerunt autem tunicam
ioseph et tinxerunt in sanguine edi. mittentes quendam
qui ferret ad patrem et dicerent. Hanc invenimus.
vide si tunica filii tui sit an non. Quam cum cog-
novisset pater ait. fera pessima devoravit filium
meum ioseph. Scissisque vestibus et indutus cilicio
luxit filium multo tempore. Congregatis quoque filiis
ut lenirent dolorem patris noluit eos audire sed
ait. descendam lugens ad filium meum in infernum. Erat
enim tunc in inferno quidam locus lucidus. longe se-
motus a locis penalibus. qui ob quietem et separa-
tionem ab aliis sinus dicebatur. sicut sinus maris
dicimus. et dictus est sinus abrahe. quia et abra-
ham ibi erat in sustentatione usque ad mortem christi.

De ingressu ioseph in egiptum.

Madianite vero vendiderunt in egipto ioseph
putifari eunucho. magistro militie pharaonis.
Alii dicunt archimagiro id est principi cocorum. Machera
enim coquina dicitur. vel securis cocorum. a machera
qua est occidere solet abhorreret a vero. quia apud
plures nationes. dapifer principis honorabilior
fit et nunc princeps militum. Hunc iosephus
vocat petefrem. sed iosephus nondum translatum nomen
asserit. Hic habuit uxorem et liberos. quia io-
seph filiam eius duxit uxorem. Nec de eu-
nuchis regis fuit. qui pueros castrabat.
Sed tradunt hebrei quod videns ioseph elegantem
emit eum ut ei misceretur. Unde et custodiens
ioseph illum a deo infrigidavit. ut deinceps
impotens fuit coire. tamquam eunuchus et
ita quod videntes eum ierofanti aresforum de
more suo eum pontificem elyopoleos. id est do-
mus solis creaverunt. et honoratior erat
quam ante in principatu.

Quod iudas genuit phares et zaram de thamar.

Eodem tempore antequam ioseph venditus
esset. quia hic interserta est per preoccupa-
tionem. Discedens iudas a fratribus suis. iuit
ad virum odollamitem. nomine yram. et acce-
pit in uxorem nomine sue filiam chananei. que
peperit ei primogenitum her. deinde onam. post
selam. Dedit autem iudas primogenito her uxorem
nomine thamar. Fuit autem her nequam id est abu-
tens vasculo uxoris. et occisus a domino id est in-
ventus est mortuus in thoro iuxta uxorem. et dixit
iudas ad onam. ut ingrederetur ad eam.
ut suscitaret semen fratris. In quo patet consuetudo in
lege post scripta. que ante scripturam erant observata.
Qui indignans quod non nasci pueros fundebat semen
in terram id est mutilabat coitum. sic fatigabat uxorem
et percussit eum dominus. Remisitque iudas thamar
ut esset vidua in domo patris sui. donec cre-
sceret sela. Quo adulto timuit eum dare tha-
mar et dissimulabat. Mortua est autem sue
uxor iude. Qui consolatione accepta. post luctum
ibat ad tondendas oves cum yra opilione
suo. Quod audiens thamar depositis vestibus
viduitatis assumpsit teristrum. seditque in bivio
itineris quod ducit thamnam. Hebraice enaim sonat
sed in oculis. sic enim vocat bivium. ubi diligentius
oportet aspicere viatorem quo gradiatur. Quam cum vidis-
set iudas suspicatus est eam scortum id est scortum.
cui dixit. Dimitte me ut coeam tecum. Que
ait. Quid dabis mihi. Et ille mittam tibi hedum
de grege. Et illa. patiar quod vis si dederis
mihi arrabonem. Et dedit anulum et armillam
et baculum quem gerebat pro arra. Ad unum ergo coi-
tum concepit mulier geminos. et abiit recep-
tis iterum vestibus viduitatis. Misitque ei iudas
hedum per pastorem. Qui cum venisset et non invenisset

etiam rediit ad iudam sine pignoribus. Post
tres autem menses dictum est iude. fornicata
est thamar. uterus eius intumuit. Qui ait
producite eam ut comburatur. Que cum duceretur
ad penam misit socero suo pignora sua dicens.
De viro cuius sunt hec concepi. Qui ait. Iusti
or est me. quia non tradidi eam filio meo sela.
Hoc fecit ne periret semen filii mei. Attamen
ultra non cognovit eam iudas. Instante uero partu
duo apparuerunt in utero. et in ipsa effusione
alter protulit manum. in qua ligauit obstetrix
coccinum. et ait. Hic egredietur prior. Illoque re
trahente manum. egressus est alter. Dixitque
mulier. Quare propter te diuisa est maceria. et
ob hoc uocauit eum phares. id est diuisio. Mace
ria autem dicit membranam secundam ut secundinam
qua involuitur puer in utero. quam diuidit in partu
qui est primum. Postea alter egressus est cum coccino
et dictus est zaram. id est oriens. quia primus apparuit
uel quia plurimi iusti ex eo nati sunt. ut hic in para
lipomenon. tam sic regum in primo tercii libri
sic quod in Genesi obstetrix coccinum ligauit in
manu phares qui ab eo quod prius diuiserat
nomen phares sortitus est. forte post coccinum ceci
dit de manu zaram et alligauit phares ut
de similibus gemellis precium distingueret.

De incarceratione Ioseph. xxxix

Igitur ioseph ductus est in egiptum et emit
eum putifar eunuchus. fuitque dominus cum illo
domusque domini sui est credita. Subintulit. Au
dixerunt quia dominus domui egipcii propter ioseph. qui
cum aliud de omnibus non nouerat. nisi panem
quo vescebatur. Post tempus autem quod dicti sunt oculos
iniecit in ioseph. et ait. Dormi mecum. Cui ille.
Omnia sua tradidit michi dominus meus preter te. Quomodo
possum ergo hoc facere. Ymmo et peccare in deum
meum. Accidit autem ut ait iosephus ut publi
ca festiuitas instaret. cui et mulieres interesse
debebant. Que illa egritudine simulauit uiro
captante ob hoc solitudinem et silencium ut ex
oraret ioseph. et apprehensa lacinia pallii
ioseph. ait illi. Dormi mecum. Qui uero
relicto pallio in manu eius. egressus est foras.
Illa contempta se dolens in argumentum fidei
retentum pallium ostendit uiro. dicens. Ingressus est
ad me seruus hebreus. ut illuderet michi.
Ille nimis credulus coniugi. Vinctum ioseph
tradidit in carcerem regis. Fuit autem dominus cum
eo illo et dedit illi gratiam in conspectu domini car
ceris. qui carcere et vinctos custodiendos posuit.
Accidit autem ut pincerna regis et pis
tor in eundem carcerem mitterentur. Et Io

xl De expositione sompniorum pincerne et pistoris

Ioseph ministrabat eis. Videruntque ambo sompnium
nocte una. Quos cum mane uidisset ioseph
tristes. Sciscitatus est ab eis causam doloris. Cumque
accepisset pro sompno dolere. ait. Nunquid non dei
est interpretacio. Et ait prior
pincerna. Videbam coram me uitem. et in ea
tres fundos oculos. s. unde effudit palmites
alii ponunt flagella. ut tres propagines que
inde sunt. et paulatim germinasse cresce. et post flo
res uuas maturescere. Premebamque uuas in
calicem pharaonis. quem tenebam. dabamque poculum pha
ra. Et ait ioseph. Deus dedit in bonum hominibus
usum uini. unde et ipsi libant. soluit lites et
tristicias et bona est eius uisio. Tres propagines autem
tres dies sunt. post quos restituet te pharao
in gradum pristinum. Memento mei cum bene tibi fuerit ut
suggeras regi ut educat me de isto carcere.
quia furtim de terra hebreorum sublatus sum. et hic inno
cens in lacum missus sum. Cui ait pistor. Vi
di quod haberem tria canistra farine super caput
meum. et in superiori me portare cibos qui fiunt
arte pistoria. Auesque comedere ex eo. Ioseph
ait. Duo canistra plena panibus. Vtriusque ob
soniis variisque cibis. qualia solet regibus mini
strari. Et aus hic est canistra condriton. id est panum
sordidorum. et potuit esse. quod in inferiori essent panes sordidi
super quos essent panes primi. De quibus edebat
pharao. Et ait ioseph. Vellem me esse interpre
tem bonorum. Tres dies adhuc sunt. post quos pharao
suspendet te in cruce et comedent aues carnes
tuas. Erat inde dies tercius natalicius erat pharao
nis et inter epulas recordatus pincerne. restituit
eum. pistorem uero suspendit. Oblitusque est pincerna in
prosperis sui.

De sublimatione Ioseph. per expositionem sompnii xli

Post duos annos uidit pharao in sompnis
sompnium putabat se stare super flumium
de quo ascendebant vii boues crasse obese car
nibus et plenis que obesse educatis. Et post alie
vii emergebant de flumine summa confecte ma
cie. et deuorabant priores. Expergefactus pharao
rursum dormiuit. et uidit alterum sompnium. Septem
spice plene pullulabant in calamo uno. Aliaque
totidem uiste exoriebantur tenues et percusse
uredine et deuorabant priores. Territus
pharao conuocauit coniectores. et sapientes egipti.
Nec erat qui interpretaretur. Et recordatus est pincerna
ioseph. et eius suggestione ad regis imperium
eductum de carcere ioseph totonderunt. Vincti
enim in carcere incultum crinium patiuntur. Et ueste
mutata oblatus est regi. Rexque apprehensa eius
dextera. ait. Vidi sompnium nec est qui edisserat
quod sit. Narrauit quod uiderat. et ait ioseph. Sompnium

regis unum est. i. unius sermonis. Quid facturus est
deus ostendit pharaoni. Ecce vii anni venient
fertilitatis magne in universa terra egipti. quos
sequentur alii vii tante sterilitatis. ut oblivioni
detur cuncta retro habundantia. Ad idem spectat
sane boves ascendentes et spice. et sompnii repetitio
firmitatis est indicium. Quia autem iuxta flumen vi
disti. hoc est fertilitatis et sterilitatis ex flumine
materia oritur. Nunc ergo provideat rex virum qui
quintam partem frugum per vii annos fertilitatis congreget
in horrea regis. ut servetur adversus famem fu
turam parata. Pharao utrumque miratus in ioseph et
sompnii solutionem. et discretionem consilii. Huius rei
dispensationem commisit ei. dicens. quod spiritu dei esset plenus.
Ecce iam tria sunt in quibus est spiritus dei. Primo in. spiritus dei
ferebatur super aquas. Secundo in hoc. permanebit spiritus meus in ho
mine. Tercio hic. Tulit ergo anulum de manu sua et dedit
in manu eius et collo torquem auream circumposuit
et fecit eum secundum in regno. Ascendit quoque currum regis
ioseph. clamante precone ut omnes coram eo ge
nua flecterent. sicut coram rege. Hebrei tamen tradunt
preconem non clamasse ad genuflexionem. sed abrech. quod sonat pater tenerrimus. Abba enim pater.
rech delicatus vel tenerrimus. quia et si etate tener
tamen sapientia pater. Et ait pharao ad ioseph. Ego
sum pharao. Iuramentum est. et est sensus. Sicut vivo
fuerunt et gentilibus. qui porca federis fede lamantes. sic firmabant fede lamantes fe terris violatore. Tamen et aliud signum federis tribulibus vatei fuerunt ex se. id est effusionem aque. quod fecit iosue et samuel. quia sicut aqua tota effunditur. ut quod nichil ex ea remaneat in vase quod non aliquis lucre de quibus vestigia remanet. Sic est ipse fuisset in terra prius sit penitus et sua stirpe pereat qui solveret fedus. De

Hoc fecit. Primo ascensu moysi in monte ascendit moyses in monte et aaron. nadab et abiu et .lxx. de senioribus israel. scilicet precepit deus usque ad terminos montis et viderunt deum et sub pedibus eius. quasi opus zaphirum et quasi celum cum serenum est. tamen nec super eos qui erant in castris. misit manum suam. id est non abscondit se ab eis. sed videntes dominum maiestatem et non ipsum leti epulabantur. Tunc voluit dominus moysi dare ei tabulas lapideas inscriptas decalogo. et assumpto tamen iosue. transivit terminos .lxx. senioribus. Expectate hic. scilicet in castris et usque ad terminos. Et quod dominus nata fuit prefectis illud ad aaron et hur. Operuit quia montem nubes. Itemque dimisso iosue in quarta planicie montis. solus ascendit moyses in monte. ut ad caliginem. septimo autem die vocavit eum deus de medio caliginis. Ingressus quia moyses medium nebule. fuit cum domino .xl. diebus et .xl. noctibus non manducans nec bibens. De thabernaculo fiendo.

Et ait dominus ad eum. Sume primicias. id est preciosa queque. a populo israel. sed ab eo tamen qui ultro optulit aurum scilicet argentum et es iacintum et purpuram coccumque bis tinctum. id est fenicium et iacintum purpurei et coccinei coloris et bissum quod est genus lini egiptii molle et candidum. Pilos quoque caprarum et pelles arietum rubricatas. quas partitas dicimus quia parti sit colorare eas excogitatum est. Et pelles iacinctinas et ligna sethim. Est autem sethim nomen montis et regionis et arboris que similis est albe spine et est levissimum lignum imputribile et incremabile. Oleumque ad luminaria et aromata in unguenta et thimiamata boni odoris. et lapides onichinos. Ita quod inter sacerdotum et gemmas faciat in sanctuarium ut habitem in medio eorum. ne sit eis labor redire ad montem. Iuxta similitudinem quam ondam est facies illud. De archa.

Archam de lignis sethim facies. que hebraice dicitur heron. Ante non quod moyses hoc ordine narrat. primo de eis que fuerunt in thabernaculo. post de thabernaculo

potuit
[illegible] de herode quod
[illegible] herodes non
inflaccus [illegible]
[illegible]

[illegible] scripsit [illegible] lapidibus [illegible]

de
tecto et atrio ~~Josephus~~ vero econtra. Ille secundum
ordinem componentis. Iste secundum ordinem collocationis.
Longitudo arche habebat duos cubitos et semis-
sem latitudo cubitum et semissem. Altitudo similiter cu-
bitum et dimidium. et intelligitur cubitus humanus non
geometricus. quod apparet in altari lateranensi
in fine quod dicitur archa. Erat ~~Josephus~~ cubitum hic
vocat duos palmos. et dicit arche non fuisse
pedes. et deaurata est intus et foris auro
mundissimo. Factaque est super coronam auream ad modum
labii. scilicet quod in mensis et scutellis fieri solet. Per utraque
latus longitudinis erant circuli aurei to-
tum lignum penetrantes. et per eos vectes de
lignis sethim deaurati mittebantur. quibus
archa ferebatur. nec umquam ~~extrahebantur~~. In qua
post posita est testificatio. id est tabule. in quibus
scriptum erat testamentum. tamen quoque in reposita
testamenti dici potest. Posita est in aurea ur-
na plena manna in testificationem quod panem de-
disset eis de celo. tabule in testificationem
quod legem nature sopitam in cordibus suscitavit
in scripto. Virga Aaron in testimonium quod omnis potestas
a domino deo est. ~~Deuteronomium~~ in testimonium pacti
quod dixerant. Omnia que dixit nobis dominus faciemus.
Ob hoc dicta est archa testamenti. vel testimonii et
ob hoc est tabernaculum testimonii. Idem est et iterum
quia causa propter foribus eius agebatur. De propitiatorio

Fecit et super propitiatorium. cherubin
aureum. id est tabulam auream eiusdem longi-
tudinis et latitudinis cuius et archa ut
archam tegere posset. De spissitudine eius non legitur.
Hoc dicebatur oraculum quia deus de illo loco dabat
responsa. Unde autem dicitur oraculum dicit. quia ego
inde loquar dixit dominus. Propitiatorium vel quia dei
propitiationis dicebatur gloriam domini semper ibi
descendere. Ex utraque vero parte oraculi scilicet in
duobus angulis anterioribus positi sunt duo
cherubin aurei et productiles. scilicet non fusiles
sed tunsionibus malleorum producti. Erant autem ut
dicit iosephus animalia volatilia. huiusmodi figuram
que a nullo hominum est inspecta. Hoc dicit moyses se
in dei sede conspexisse figuratam. Cherub unus
alterum respiciebat. Ipsi tamen vultibus respicie-
bant in propitiatorium. Duabus quoque alis expansis
et mutuo se tangentibus velabant oraculum
alias ex opposito extendebant. De mensa et co-
tem ait dominus. Facies et mensam de lignis ronis.
nis sethim. habentem duos cubitos longitudinis
et in latitudine cubitum. In altitudine cubitum
et semissem. De spissitudine tacet. et in tauvabis
quia orantibus dat. Dicebatur propitiatorium

eam ex omni parte auro purissimo. Erat autem ut dicit
~~Josephus~~ hec mensa proxime velud delfica id est illius
insule ubi erat et altare. Pedes ~~iiii~~ petes quos
dicitur. eius altitudo erat ex medietate par-
tis inferioris rotundi et tornatiles. Pars superior
operis quadrangula erat. In singulis vero pe-
dibus erat anulus aureus sinus quod erat qui
suffragio populus in pede ubi anulus missus
erat. In anulis vero vectes aurei quibus ferebatur
mensa. Erat autem labium in ea per circuitum. sicut
et in archa et labio affixa erat aurea coro-
na alta digitis ~~iiii~~ quod medietas eius supra men-
sam eminebat. ne superposita caderent ex ea. Al-
tera medietas pendebat inferius ad decorem
et erat corona hec interrasilis. id est interpolata ce-
laturis et plano. Erat autem ut aiunt hebrei ce-
lature ille quasi ymagines regum. et prophete tot
sunt ymagines ibi facte. quot erant reges futuri in
ierusalem a david usque ad sedechiam. Tamen ~~iosephus~~
vult ulterius non fuisse aliud in ea labium nisi hanc
coronam interrasilem id est reticulatam. Huic vero sup-
posita erat alia corona minor. ista. scilicet quanta
et quo superposita et autem plana. vel interrasilis neces-
simus tamen aureola vocatur. Vel sic in ariel
leo fortis ezechiel de interrasili exponebat per
aliquid interpositum. ~~Hebrei~~ sic dicunt et hanc prophetie
additam. ad presignandam divisionem regni in
duo regna. Fuit enim regnum israel amplius regno
non iude. tamen minus dignum. et ideo aureola sup-
posita erat. et tamen minor. Mensa hec ponebatur
ad aquilonem in tabernaculo non longe ab adito. De

Et ponebantur xii panes. Propositionis
supra eam azimi de simila valde mundi et po-
nebantur sex in alterutrum et costabat singuli de
duabus decimis ephi. quos iosephus duos assarios
vocat et singulis supponebantur patena aurea
et supra patenam pugillus thuris. ~~Josephus~~ dicit fialas
aureas superpositas plenas thure. Hii diluculo
sabbati recentes et calidi imponebantur mense et erant
ibi immoti usque ad sabbatum sequens. Tunc illis subla-
tis et eorum thure incenso super altare novi cum alio
thure substituebantur. Sublatos vero soli sacerdo-
tes comedebant. Unde sacerdotales dicebantur. Vel
et ideo quia ut ait iosephus dominus preceperat quod soli sacer-
dotes panes illos formarent et coquerent et po-
nerent in mensa et tollerent. Ipsi tamen hoc non obser-
vabant. Dicebantur et panes propositionis. quia positi
erant coram domino in memoriam sempiternam. ~~xii~~ tribuum
filiorum israel. vel propositi id est longo tempore positi scilicet per
totam ebdomadam. vel in eternum per successionem panum.

Et ariel interpretatur leo dei id est dans et ~~ariel~~ id est altare hominum
per hoies devorabat

De vasis libaminum.

Precepit dominus parari ex auro purissimo quatuor genera vasorum ad offerenda libamina. scilicet ab offerentibus sacerdoti. et libando id est gustando dicta. et a sacerdotibus domino et libando id est fundendo sumenda et poni ea super mensam. scilicet acetabula. fialas. thiribula. ciatos. In hiis vinum quod debebat offerri prelibabatur. et pregustabatur. utrum dignum esset offerri an non. Sed quia in colore et in sapore vinum dinoscitur. dicitur quod preter vasa aurea fiale vitree erant. Vitrum et abyalum. quod grece vitrum dicitur. sic vocabatur. Ab ymo angustiores in superiori parte ampliores. In quibus color et sapor poterat agnosci. quas hebrei sustellas vocant. Ciathi vero minores et angustiores erant et aurei cum quibus fundebatur vinum super altare pro hostie libamento. In thiribulis que et mortariola dicebantur. thus precognoscebatur et offerebatur. similiter et in acetabulis acetum. Sed quia nusquam legitur acetum occurrit de oblatione aceti. quidam dicunt acetabula quasi acceptabula vasa ubi ea que portabantur a sacerdotibus que debebant offerri utrum accepta et ydonea essent an non. Postea subdimidit acetabula. id est tria genera phialas. in quibus vinum. thiribula in quibus thus et simila et granum et sal. et ciathos in quibus oleum. Sumebant enim sacerdotes prius de hiis que offerenda erant portiunculas quas in huiusmodi vasis ponebant ad pregustandum. quasi libando de singulis que libamina dicit moyses offerenda. id est de offerendis sumenda.

De candelabro.

Precepit quoque dominus fieri candelabrum ex auro purissimo ductile. Tamen iosephus fusile dicit. cuius hastile basi infixum erat. et ferreum. super vestitum calamis aureis quasi geminatis ad modum canne. Ubi autem capita calamorum inserebantur capita habebat tumentia ad modum cifi quem cuppam dicimus. quidam inserebantur autem quasi duo cifi. in modum nucis et ex fundo cuiusque ciphi procedebant flores velut quasi lilia. et in ipso fundo inter cifum et lilia erat spera volubilis. sicut in capitibus cathedrarum subsunt spere volubiles. Et ita cum in hastili essent quatuor calami in hunc modum copulati quattuor ibi erant iuncture. quarumque habebat quasi ciphos duos iunctos et sperulas sint et lilia. et hoc est quod moyses dicit in hastili. iiii. fuisse ciphos in modum nucis. Tamen hebreus non dicit ciphos sed nigellatos rotunditate sed nigello distinctas. Ab hoc hastili procedebant ex lateribus tria brachia hinc et tria inde ferrea que utraque super vestita erant calamis aureis ad modum hastilis et in iuncturis concebant capita calamorum quasi cifi in modum nucis cum sperula et liliis. Et quia in uno quoque brachio tres cifos dicit moyses fuisse videtur utrumque quattuor calamos habuisse. Tamen quibusdam videtur sperulas non fuisse in fundo ciforum ut diximus et sed in media planicie cuiusque calami sperula volubilis supposita. Sic erat candelabrum ex ferro calamis aureis super inducto fecit sed fusile sed non ductile simpliciter ex auro fuit et malleis mirabili artificio in hanc formam productum. Erat autem ut dicit iosephus ex lxx partibus compositum in una basi erectum sed. In hastili et brachiis erant calami xxxix non integri sed ex duabus partibus. In medio ubi partes iungebantur erat sperula supposita ne iunctura videretur et putaretur calamus unus et ita erant xxxix calami cum totidem sperulis. Vii partes basis lampadum sedes. Quoniam quoque non in summo fuit in summo vii habebat capita equalia super que ponebantur vii lucerne aureae. Infusoria et vii erant. quibus oleum infundebatur lucernis. Emunctoria id est forcipes ex auro de emunctoria ad emungenda vel extinguenda lumina. Eam vasula ex auro erant. ubi extinguebantur in aqua que emungebantur ne redderent odorem dicta extinctoria. Omne pondus eius cum vasis suis habuit talentum auri. Et enim habebant talenta minnas lx libras quod erant istitorum medium lxx quia erant civium maximi c.xx quia erat sanctuarii. Tamen iosephus dicit ipsum habuisse minas quas hebrei cynthares dicunt. Greca lingua interpretatum talentum dicunt. Positum autem erat ad austrum contra mensam non recte quidem sed oblique.

De parietibus thabernaculi.

Precepitque dominus fieri thabernaculum in hunc modum. Tabernaculum erat domus deo dicata oblonga tribus clausa parietibus. aquilonali meridiano occidentali. Sed patebat introitus ab oriente ut sole oriente radiis eius illustraretur. Longitudo erat xxx cubitorum. Latitudo x. In latere meridiano erant tabule xx de lignis sethim stantes. quarum unaquaque in longitudine cubitos habebat x. in spissitudine digitos iiii. In latitudine cubitum et semissem. Iungebantur autem sibi in mutuo in castrature ne rimula vel esset aut planicies parietis inequalis. Et erant inaurate ex utraque parte. supposite vero singule duabus basibus argenteis perforatis. In quarum foraminibus cardines aurei immittebantur in utroque angulo tabule eminentes sicut in serris fieri solet. Tamen vi ullo quod una basis esset sub tabula et alia supra pro epistilio pedes lata contra. Et quod dicit ut bine bases singulis tabulis per duos angulos subiciebat.

Veru aut tabule suspense et ita sup bases
an inter bases ad terra ptingent no
legit. Ponte scemate finis e parietis ad
lonis. Ad occidente vero erat sex tabule
p omia siles aliis et eode mo stantes i basib3
s cu no nisi ... impleret cubitos dimidius
cubitus ex utraq pte ptebat. et ... tabule
unus cubito lata serta e p mediu ... sut
tabule semicubitales q utrinq ponte piete
occidentis aliis duob3 copaginauerat. q e
singule duab3 basibus tenebant. Ne uero
uetor impulsa ut quatib3 alia ...
l3 pietes singule tabule anulos hebat
aureos. uelud quibusda radicib3 confixos.
P quos uectes p transuersu pietis i missi
tabulata firmiter cotinebat. Erat aute
uectes maturati de lignis sethim singli
v. cubitor i mittebant q caput uni9
uectis in caput alius i modu cocti ut ex
plurib3 sit i nexis q unus uectis i mese
longitudinis uidet sic in bacullo cambuce
pontificalis fieri solet. Hoc sane planu
est. nisi quod addidisse q qnq uectes ess3
in late ad aquilone et totide ad austru
et totide ad occidente q minus cogruu
uidet. Cu em quilib3 uectis v. erat cubi
tor. et ptensi in late uno ... tm cubi
tos attingebat ita quq cubiti illius lateris
manebat intacti. In occidentali tu pte duo
tm sufficiebant. Aut qui dicut de tribus
uectibus s3 plus. unu s3 additu v uectib3
in late septetrionali et aliu australi et sic
q ille de erat adimplent. tau serctu i auo
qui positi erat in duob3 angulis pietu.
ut recuati iuncturas angulor pietu coh
arent. sicut iuncture angulor in scrinijs
ligari serapis solent. Ez ex lra hc cotineri
no pt. Quia d. in lra e. v. uectes i mitti
p medias tabulas. a sumo usq ad suma
de altitudine pietis intelligi pt. Erat et
int summitate suprema unus uectiu exte
sus in longu p totu piete. et iuxt summitate
inferiore alius ordo meude mo et eade
planitie tres et ordines aut q dcm e v.
uectes fuisse. i uno late fuisse potius ad
num ordinu q uectiu refert. Erat itaq
i una qq tabula v. anuli. et in unoq duor
pietu uectes ... q v. ordinu quilib3
iiii uectes hebat. In late occidentali ...
uectes bini p singlos ordines Aut q di
cut n omis uectes eiusde qntitatis esse.
Fui

s quilib3 v. uectiu. qui erat in maioris la
terib3 erant v. cubitor et ita v. sufficiebat
ad cotinendu ... cubitos et quinq uectes
qui ad occidente erat. singuli duor cubitor.
Ez iosephus loqns de hijs uectib3 ait. Uno
q3 hnte magnitudine cubitor quinq. De
distinctoe thabnacli et uno uelo. xxvi
Tabnacli hc in duas ptes distinctu e
erat. Posterior ps ad occidente x cubitis
ptendebat. et ita quadrata erat. ei in longu
et in latu et in altu x cubitor. Et ps aditu
dicebat. ut scm sci ut scuariu scuarij. ut
sca scor. Anterior ps ad occidente oriente xx cubi
tis ptendebat. q aliis erat sacdotib3 et q
dicebat scm ut sca ut scuariu. Tespcu hd
dicebat. posterior scetu scj q scm cosecuti sci
ut d. scm sci. ut scm scj. sacctius sco. ut d.
dns dnor. ut rex regu. Ad altitutis u. ptes
sepandas posite erat in medio iiij. colupne.
de lignis sethim. capita hntes aurea et bases
argenteas. Tu iosephus d. iiij. fuisse tabulas
ad mo aliar opatas. equalit. a se inuice
distates inter quare tres angusti patebat
ingressus. Pr capita uo colupnar suppositi e
rant duo uectes x cubitor. capiete in piete
ptense. In quib3 p circulos aureos i missu de
pendebat uelu. Ante iiij. colupnas extesu
quadru ex omi pte. s. x cubitor. ut ex oi pte
phibet aspcm interior. Erat aut uelu scm
de bisso retorta q e gen9 lini candidissimi et mol
lissimu. et de iacincto et ppura et cocco bis tincto
i. de filis serici iacintini ppurei et coccinei co
loris. ope plumario compositu i. ope ... picto
pluma em lingua quada auis d. hc gen9 ueli
uolgo busteu q bistratu d. ho n fit tela cui
tu acu ope manuali subsuunt. diuse picturas
Aut qui dicut opus plumariu a silitudine
auiu qb3 s3 addita e plumar diusitas uarie
tas. Hoc opus e d. polimitu. a poli q e inlau
p multitudine picturar. Erat au hc uelu
pulchre uarietate cotextu ex diusis florib3
ut ait Josephus qs pingunt hui9 et alijs pic
turis qs poterat intexere pictores. preter aliu
formas. In ingssu uo thabnacli v colupne
erat de lignis sethim deaurate. capita hn
tes aurea bases uo eneas. sic q duo uectes
ut uni9 x cubitor ptedebat a piete i piete
in utroq capite sui utriq capiti insertus ad pieti
mo trabis in domo a quo dependebat aliud
uelu p circulos aureos insertu. ad mo poris
opatu. Et s. Josephus ad medietatem colupnaru

dependebat. tegens eas per quinque cubitos. Re-
liqui v. usque ad terram. ad ingressum sacerdotum
patebant. Et hoc non dicit. alia cortina lanea
supposita. usque ad terram pertingente. funibus per
anulos eam ducentibus et retrahentibus ut in diebus
festis reducta prebebat aspectum thabernaculi. In
aliis diebus supposita prohibebat aspectum. Papireum
cum nubilum videretur. Textus enim fortis erat et facile
laborem sustinebat. Talem in ingressu templi
similem fuisse appensam. Erat autem in interiori sanc-
tuario (archa) cum hiis que diximus in ea reposita et cum hiis
que erant supposita. In anteriori vero candelabrum
ad austrum. mensam ad aquilonem. In medio
autem veli non longe ab adito altare aureum
quod et iosephus altare aureum vocat de quo post
diximus. De cortinis et sagis

Tectum thabernaculi non cameratum sed planum
ad modum palestine fuit. iiii. operimentis ap-
tatum. Primum operimentum fuerunt cortine x. que et vela
et tentoria. vel quia thabernaculum vocatur. quod erat
facte de iiii. predictis coloribus. opere plumario. Lon-
gitudo cortine unius erat xxviii cubitorum. La-
titudo iiii. Quarum v. mutuo sibi iungebantur.
et v. similiter. ut quasi due cortine ex quinis sibi coniunc-
tis viderentur. Iungebantur autem ansulis laciniis
quasi in unoquoque latere cortinarum disposite. alia contra
aliam veniebat. et bine anulo aureo. sicut
ad ornatum colli fibule argentee vel auree
utramque oram capitii solent colligare. Dicit iosephus
anulis aureis et uncinis fuisse coniunctas.
Secundum operimentum erat saga cilicina. que et vela ca-
pillacia quia vocantur. que et de pilis caprarum. quos pi-
los quia diximus. ad differentiam lane ovium. facta erant
et de quibus cilicia fiunt. Et inde et illa saga ci-
licina dicta sunt. que pro asperitate saga dicebantur. Unde
et pannos quosdam asperos sagias dicimus. vel for-
te ex quadratura saga dicta sunt. Unde et militare
pallium a Gallis inventum quia quadrum erat sa-
gum dictum est. quod tamen quia ex aspero fiebat panno a-
teris interpretem et potuit dici sagum. Erat
autem saga xi. Longitudo sagi unius habebat
cubitos xxx. latitudo iiii. et erant v. mutuo
iuncta. ut quasi unum sagum facerent. et alia vi
quasi in unum iuncta. Iungebantur autem anulis ereis
insertis ansulis contra se venientibus. Pertinet autem sin-
gule cortine vel saga. sibi ita invicem copularentur.
tamen v. cortine sibi consute filo inseparabiliter in una
cortina iuncte erant. Et alie v. similiter ad tegendum
thabernaculum. Hec due magne cortine tamen anu-
lis et ansulis iungentur non elucet. De modo tegendi secundum
Bedam.

Hoc vago pallio di[illegible]
aut Uti reges fi[illegible]
cons. primo coro-
nat [illegible] gratia
iungit ad collum
cacet omni fibula

Quomodo ex hiis tegebatur thabernaculum prius
videamus secundum Bedam. Protendebatur v. corti-
ne sibi copulate per transversum totum operientes tha-
bernaculum et descendentes per latera. uno cubito
distabant ex omni parte a terra. Et quia similiter inte-
x. cubitos implebant longitudinem thabernacu-
li que erat xxx cubitorum tegebat et quinque cubiti
[illegible] dependebat iuxta latus occidentale. Alii v.
descendebant ante aperturam que erat ad orientem.
Tamen non in composite pendent. vel ubique cortine tamen
duo magna latera tabularum usque in medium
aperture trahebatur. ibique mutuo iungebatur.
et similiter in latere occidentis. et ita ex omni parte
thabernaculum tectum erat cortinis. uno tamen cu-
bito a terra ex omni parte non velato. Superpone-
batur autem saga similiter per transversum. sed quia erat
xxx cubitorum. per latera descendebat usque ad
terram. et ita cubitum cortinis non velatum ipsa
velabat. Et quia ex transverso xliiii cubitos ha-
bebat. cum centum xi sibi iuncta. et unumquodque erat
iiii cubitorum. Longitudinem thabernaculi xxx
cubitis tegebant. De xiiii. que super erant. vii
descendebant ad orientem. et vii ad occidentem.
Partes vero sagorum que super erant. descendebant iuxta
duo latera magna. usque ad terram ex utraque parte
reducebatur. ad tegendum introitum orientalem.
sed quia vii cubiti ex utraque parte veniebat. in spa-
cio ubi introitus tamen x erat. superfluebatur saga
sago. vel forte in summitate cuique duo cubi-
ti replicati consuebantur. instar orarum vestimenti
et tunc ex equo venientia saga de lateribus in
medio introitus copulabantur. in eodem loco.
in quo et cortine. et similiter in latere occidentis.
Propter huiusmodi consuturam. vel replicationem sagorum
dicit Beda. primo dixisse dominum moysi. Sextum
sagum in fronte tecti duplices. id est dimidium
sagum quod excedit cortinas. in introitu consues.
et replicabis. et post pauca addidit. quod superest in
sagis. id est unum sagum. quod est amplius ex medi-
etate eius operies posteriora thabernaculi. id est latus
occidentis. Duplicabatur autem ita ut impetum ven-
torum possent sustinere. Et secundum hanc dispositionem tha-
bernaculum ex omni parte tegebatur sagis. usque ad
terram. et nichil ex eo videbatur. Et tentorium
quod erat in introitu preciosum inutile ibi erat. et
tamen sacerdotes intrabant thabernaculum. vel
necesse erat attollere saga et cortinas ut subin-
trarent. vel in ipso loco iungebantur uncinis et anulis
et ad introitum eorum dissolvebantur. Iosephus autem.
Aliter iosephi dispositio cum consentit exp-

et videtur probabilior. Alii vero dicunt x cortinas a mutuo nectas ut dictum est a fronte thabernaculi super tectum extendi per transversum et tegere totum tabernaculum et descendere usque latus occidentis usque ad terram. Introitum vero non tegi aliqua parte cortinarum cum plura haberet vela. Et dicunt de sagis totum desuper operiri thabernaculum excepto introitu. Et quia duo cubiti sagorum super sunt cortinis, excurrit parte desuper eos sub cortina replicari ne venti intrarent inter saga et cortinas. Totum continet operimentum per quo et dicunt putant sextum sagum in fronte tecti duplicatum. Et secundum hoc speciosa et preciosa plurimum pars intrinseca tabernaculi non videbatur nisi illud cortinarum quod a tabernaculo defluebat. Frustra ergo tamen facta videbantur. Quo enim sic ansulis posset assignari quod dicit moyses sextum sagum in fronte duplicari. Forte ex omni parte cortine et saga funibus extendebantur usque tabernaculum et paxillis ereis colligebantur. Funes quia et paxillos tabernaculi fuisse moyses infra dicit. Et in modum tecti dependentis eciamque attollebantur. Ut et tabernaculum undique videri posset et circuiri ab ingredientibus sub cortinis. De pellibus suppositis.

Quomodo vero modo hec duo operimenta disposita fuissent, de reliquis duobus non est quo. Sane tamen erat operimentum de pellibus arietum rubricatis quod superiora tantum tegentes ad latera non descendebant, funibus et paxillis ereis affixis fere circumligate. Primum vero operimentum in eundem modum erat suppositum de pellibus arietum iacinctinis. Disposita vero duo hec erant propter estum et ymbrium diffusionem. Multos itaque ut ait iosephus stupor habebat a longe aspicientes. Et colorem eius in nullo putabant differre a celo. Quid figurabat hec dispositio thabernaculi. Petrus Predicta deum et non hominem sic disposuisse. Quia ut ait iosephus singula eorum ad formam rerum facta reperiet, si quis hec absque invidia velit considerare. Aditum enim quod soli pontifici pervium erat figurabat celum deo et angelis tantum attributum. Extrinsecus vero quod in templo erat terra et mare cunctisque pervia. Sicut et illa pars omnibus erat sacerdotibus. Cortine celum syderum. Saga aquas que sunt super firmamentum. Pelles rubricate celum empireum in quo sunt angeli. Iacinctine celum superius ubi deus super omnia. Quatuor coloribus velorum dicit iosephus elementa per byssum terra quia de terra est [?] per purpuram mare quia ex conchis marinis tingitur, per iacinctum aerem, per coccum ignem quia per colorem

ei similem. Per mensam tempus vel annum, per panes xii menses, per coronam iiii digitorum annum solarem per iiii tempora, per minorem annum lunarem, per candelabrum vii planetas, per vii lucernas

(in margin: planetas per hec. partes et dignitates planetarum)

forte quosque planetarum. Hec x dignitates vel partes, v naturales et v accidentales in quibus harmonia, id est proportionalitas, se habent. In candelabro notat quia que sub eis sunt ad ipsos reducuntur, id est motus naturales et effectus ab eis habent. Et notat ornatus eius et ipsi velata liquido tamquam spirituale solum spiritum. Lucent aere quod solus iaciatur oculis. De altari holocaustorum. xxvii

Precepit ergo dominus fieri altare de lignis sethim. Altare hoc dicebatur holocausti vel holocaustorum vel holocaustomatum. Et posset dici sacrificiorum, sed a digniori nomen accepit. Erat autem in longitudine et latitudine v cubitorum, scilicet quadrum, et in altitudine trium, cui tamquam minus alto ad horam ministerii ministrantis aliquid opponebatur in quo staret minister, quod completa ministratione tollebatur. Altare enim gradus habere alibi prohibetur. Erat quoque concavum in modum arche sine operimento parietes lignei, sed operti erant ere intus et extra. Licet uri non possent. Sicut nunc amiton vel lignum paradisi, quibus quod urendo fit purius nitidius. Sive arula erea erat tamquam fundus arche super quam fiebat ignis, qui per fenestram que erat in latere orientali imponebatur. In iiii angulis superioribus erant ex ere iiii cornua recurva in quibus iiii catene anulis inserebantur, de quibus pendens erat craticula in modum retis facta usque ad medium altaris intus descendebat super quam cremanda in odorem domino ponebatur, que ignis per oculos craticule ascendens de arula consumebat. Circa vero angulos inferiores erant iiii anuli aurei in quibus et vectes imponebantur de lignis sethim operti ere ad portandum altare. De hoc tamen altari et craticula eius ambiguitas est, non solum inter nos verum et inter hebreos, precipue cum hebraica veritas et nostra translatio multum differre videantur. Nos quidem sic habemus: Facies ei craticulam in modum retis eneam, super cuius iiii angulos erunt iiii anuli erei quos pones sub arula altaris, eritque craticula usque ad altaris medium. Hebreus vero sic habet: Facies ei michbar, id est cribrum, figuram retis enei, et super rete iiii anulos eneos. Et dabis illud fundum arche desubtus, eritque rete ad altaris medium. Iosephus autem sic: Cui suberat craticula in modum retis facta, sustinebat enim terra ignem qui de craticula ferebatur, quia bases non erat ei subiecte. Cassiodorus tamen senator in pictura quam fecit, cuius in expositione psalmorum meminit, iiii pedes altari fecit. Unde videtur quibusdam

(in margin: scilicet non potebant uri nec lignum hoc quod in paradiso vel quibus aliud quod ibidem est [?])

non supponi craticule carnes assandas. sed fuis-
se quasi uas quadrum in quo sederet altare. cuius
parietum altitudo altare ambiens usque ad medium
altaris eleuata erat. In cuius angulis sursum
iiii anuli dependebant per quos uectibus insertis
altari ipsi insidens portaretur. Altare enim non
legitur alios anulos habuisse. sed utrum separata
esset hoc uas reticulatum ab altari. uel ut amoueri
possit altare ab eo cum uellent. et super imponi.
An de ipso altari opere fusili ita fabrefactum esset
ut quasi appositum uideretur. ambiguum est. Arula
uero altaris. quam in medio posita dicunt per fenes-
tram ab oriente lignorum imponi. et sic ligna car-
nes imponi assandas. uel non erat nisi arula que
super craticulam supposita fiebat ignis quod vi-
dit iosephus in pluribus libris. Alii uero nunc opinan-
tur non fundum ipsum habuisse. sed parietes tantum terra re-
pleri secundum quod dominus dixit. altare de terra facietis
mihi. In cuius area superiori fiebat ignis ubi cre-
manda imponebantur. Et de craticula supposita
altari idem senciunt. Arulam uero sub ea quam craticulam
posita sic. hebrei craticulam uocat. uel sulcum quod
in medio parietum altaris fuisse dicunt. usque ad quod locum
altitudo craticule pertingebat. De situ altaris.

Positum erat altare ante tabernaculum et uasis eius.
Non sub diuo non directe ante introitum. sed ali-
quo ad meridiem descendens. ut ante ipsum in-
molantes. stantes ad aquilonem in ipsum tabernaculum
usque ad sancta sanctorum respicere possent. et quod stabat ad
aquilonem et contra meridiem. quia legitur eos sacrificasse
ad aquilonem. quia ad meridiem. Eratque in usus eius
lebetes ad colligendos cineres cum humidaret erat.
et deportandos. qui in locum secretum et mundum re-
ponebantur. Et forcipes ad emundandum ignem altaris
et fuscinule. quas greci creagras dicimus. quod inde
de caldariis cocte carnes proferebantur. et batilla.
quasi uatilla a uehendo. quibus prune ab holocausti altari
ad altare thimiamatis deferebantur. preter caldarios
et ollas ad carnes coquendas. que cum iuxta altare
non coquebantur. omnia uero enea erant. hebreus sic habet
facies eius ollas et eius palas. et eius pelues et eius un-
cinos et eius ignium receptacula. De atrio et tabernaculo.

Erat autem atrium circa tabernaculum. in latere meri-
diano. c. cubitorum. et in aquilonari. c. in ori-
entali uero. l. et occidentali totidem. et sic quadrum
erat. sed in forma altera parte longiori. Eratque in
latere australi xx columpne. alte. v. cubitis. ues-
tite laminis aureis. capita habentes argentea
cum celaturis cum basis eneis. spatio. v. cubitorum
inter se distantes. sicut quasi anuli singulis erant. per quos in-
gebantur funes ab anulis. usque ad capita paxi-

/ struem

Hec sadiyn per ... sinag... non est fundatum ad ... sed ... inifice(?)

quia forte tota mensa erat loca ad continendum ... aues

que sunt vasa in sacrificiis ... fuerunt incabat ... que in vasa altaris

et quadrangulum non quadratum

illorum qui habebat magnitudinem cubiti per sin-
gulas columpnas in terra ualde fixi. ut atrium
inmobile custodiret. Cortina uero de bisso re-
tortissimo. c. cubitorum in longum et v. in altum per
columpnas dependebat. a capite usque ad basem
diffusa ut nichil a pariete distare uideretur
nisi forte per aeris in tempore. quia flatibus et per
illos retro trahebatur. ut sub ea atrium sub tecto
ipso reciperetur. In eodem modum latus aquilonis xx
columpnas et cortinam habebat diffusam. Ab oc-
cidente uero x. columpne et cortina cubitorum l.
atrium cingebat. In ingressu uero ad orientem
tres columpne hinc. et tres inde stabant. et
cortine xv. per eas diffuse. nichil a prioribus
differentes. In medio uero lateris eius iiii erant
columpne in modum porte. quibus appensum erat
uelum. de iiii preciosis coloribus contextum opere plu-
mario quod ad ingressum et egressum de facili
attolli et deponi poterat. Notandum tamen in lon-
gioribus lateribus fuisse columpnas xxi. inter
quas erant xx aperture. c. cubitorum. et in duobus
minoribus viii. sed perangulares que comunes erant
duobus lateribus. dicit i. iosephus uero x. et designat fuisse
dominus per numerum columpnarum numerum intercapedinum
habebat quodlibet latus magnum. xx columpnas
ixx intercapedines. et latus. x columpnas ix
intercapedines. De lucernis.

Precepit et dominus offerri a filiis israel oleum
de oliuarum purissimum. pilo tusum. hoc est pin-
gue est quod nuceum uel lineum. uel mirtinum uel
raphaninum. ut semper ex eo arderet lucerna
in tabernaculo testimonii. quod accendebat aaron
et filii eius. Ab uespere autem usque ad mane lucebat
super candelabrum vii lucerne coram domino. In die
uero tres tantum sicuius lucerne pappirus erat.
Emuncidula uero que inuenimus diximus aurea. De ues-
tibus sacerdotum.

Locutus est dominus ad moysen
dicens. Applica fratrem tuum aaron ad te et filios suos
de medio filiorum israel ut sacerdocio fungantur
mihi. Faciesque uestem sanctam fratri tuo in qua sacrificet
ministret mihi. De hiis sane uestibus que confuse
agitur historia ad euidenciam congruo ordine
prosequimur. Quatuor erant uestes a minoribus sa-
cerdotibus. quas cantaneos uocabant. quod aa-
barchym appellabat. Quatuor et post illas alie
iiii. quibus solus arabarchus. id est princeps sacerdo-
tum utebatur. quibus secundum hunc ordinem induebatur.
purificatis prius manibus et pedibus aqua. sacerdos
induebat manachasim quod constrictorium sonat. quod
grece bracce. latine feminalia dici potest. Erat quidem
bisso retorta contextum ingredientibus quoque per ipsum
id est ueste priam

Quia autem feminalia indumentum est quod pudenda
carnis cooperiri et constringi solent et ne turpitudo
defluentibus feminalibus revelet zona fe-
mina constringitur

i. dz hec

a pedibus ascendebat ad lumbos, ibique fortiter
stringebatur, et usque ad genua tantum descendebat.
Sic tamen pontifex quia ungebatur hebraice calciamen-
tum sandaliis pedes tegit. Et si dicatur ei quod
lotus est non indiget nisi ut pedes lavet. Secundum at
bissinum sindone duplici vestiebatur quod cetho-
monem, id est lineum dicebatur, quam nos lineam stric-
tam sive camisiam dicimus, vel subuculam quam
moyses abaneth appellavit. Sed post a babi-
lonis discedentes hebrei cuttoneam dixe-
runt. Est autem descendens usque ad talos et decet
corpori compactam, sed manicis brachia valde
constringens. Vestibulus hinc inde super humeros
capitium stringentibus. Tertium balteo cingebatur
lato quatuor digitis intus sic reticulato ut quasi pellis
viperea, quam estate exuit videtur. Et ex texto
floribus coccinis purpura iacinctinis stamine vero
tantum bissinum erat, sumens initium cingendi a
pectore et circumducta lateribus iterum ante umbili-
cum redibat ibique modice stringebat et usque
ad tibias descendebat. Cum autem sacrificabat
ne impediret pendentes fimbrias levium sumitates
humerum reflectebat. Quod forte ζωστήρ quasi
casulam plicatam eidem humero supponit. Quartum
simplicem tyaram gestabat in capite et erat
pontificali plurimum dissimilis. Erat enim in modum pilei
tantum mitrati vel cassidis modice medietate
verticis excedens. Dicebatur que manephei.
Hanc uittas quasi involute sepius volebat ne
facile laberetur. Hanc desuper aliud velamine bis-
sinum usque ad inferiora barbe descendens celans pi-
lei uittas et totum capitis superficiem. Aptatum
quod pontifex ne laboranter rueret sacerdotes. De-

Super hec pontifex quatuor induebatur vestibus pontificalibus. Ha-
bebatur vestibus archarchus. Quarum prima tunica
erat iacinctina, poderis vel ypodites dicta, id est tala-
ris, quam hebrei methir dicunt. Erat que de duabus
incisionibus facta consuta super humeros et per la-
tera in modum dalmatice facta, eiusdem coloris
manicas assutas. Hanc tuniculam stapulas
cui apturo ne amplius et retro epilis appereret. Assu-
tum erat uitta quasi super scapulas hinc inde
uestibulus stringebatur. Habebat autem per fimbrias
lxxii tintinabula aurea. Quorum erat immixti
totidem uasculi quasi mala punica et ex iacincto
et purpura et cocco bis tincto, ita ut post tin-
tinabulum esset malogranatum quia in estate ut
posita ut audiretur sonus et sacerdos ingredi
et egredi. Scientur nec morerentur. Hec autem tu-
nica usque ad illic iosephus attingit pontifice cin-
gulo podoris quo sacerdos super lineam tunicam
capitium huius non est tunsum super scapulas sed in
longum scissione habebat a pectore usque ad medie-
dialis scapulas

primos moros vocans ob lateris quos pectus uerte nec
palea refundat

Alii vero dicunt ipsum attingi dicunt sed super hoc ephot
ut super omnem indumenta ad ultimam cingebatur.
Fuerunt qui dicunt duas zonas habuisse pon-
tificem, primam ad modum sacerdotum, secundam superius ephot
que due tamen per uno habebantur in dimido.
Secunda uestis erat ephot simul superhumerale
grecorum de quatuor coloribus, ut modo coloribus auro que con-
textum sine manicis ad modum colobii destinato
usque ad renes, adeo ut super cingulum posset superiorem
partem tunice iacinctine tegens in fiore relin-
quens in tactam. Pro uero laterum unciuis et a-
nulis aureis iungebatur. Aptura huius in pec-
tore quadrata ad magnitudinem palmi in qua
longiori inserebatur. In alia parte superiori super
utrumque humerum in fibulati erat ex auro duo
lapides onichini sacerdotales quos iosephus dicit ex
smaragdi in quibus erat sculpta nomina filiorum israel
per anabilis fuis figuras hebraicas iuxta ordinem
natiuitatis eorum. Sex nomina seniorum in humero
dextro uiniorum in sinistro ob recordationem filiorum
israel. Habebat autem capitium ex transuerso super humer-
ros foratis locus contextum. Unde legitur samuelem
et dauid indutos ephot aliud erat ipse epho-
tar dicebatur. Et erat lineum istud uero mira pul-
chritudine uiridicatum. Tertium erat ornamentum quod
hebreus essen grecus logion latinus uero rationale
dicitur quadrangulum et duplex ne fortis gemmarum ru-
peretur mensura palmi huius scilicet aptura superhu-
merale ipse sufficiens ex quatuor coloribus in coloribus
auroque contextum eodem scemate quo et superhume-
rale. Erant que in eo xii lapides auro firmiter
inclusi per iiii ordines tamen in singulis. In primo or-
dine sardius topazius smaragdus. In secundo car-
bunculus saphirus iaspis. In iii ligurius achates
amatistus. In iiii crisolitus onichinus berillus
in quibus erat sculpta nomina filiorum israel iuxta or-
dinem natiuitatis sue singula in singulis ut
gestaret sacerdos memoriale filiis israel in humeris
et in pectore ob recordationem trium quorum uni-
uersis esset memor ipse uero duorum ut si ipse ipsis
uides nomina prium sathagisset, ne a uirtute pa-
trum degeneraret. Sacerdos uero uita et fide patrum
charum meminisset imitari, meminisset que ipsum ex
istis patribus ortum sacrificiis et omnibus deo commen-
dare. Appellabatur et rationale iudicii quod scripta e-
rant ibi duo nomina iudicium et ueritas, uel doctrina uel ueritas
hanc ubi nos habemus pones in rationale iudicii
iudicium et ueritatem hebreus habet purim et pytim
ubi et sortes in quibus iudicium ueritatis solet in quibus
purim dicunt. Tradunt autem in medio rationalis fuisse
lapidem quorum magnitudine duorum digitorum in quo

Sed quidam autem xii

s coloris mutacionem pendebat utrum deum placatum haberent an offensum. Josephus dicit sardonicem qui in dextro humero erat. cum sacrificium pontificis deo placebat tanto splendore micabat quod et procul positis radius eius apparet. Egressuris uero ad prelium si deus cum eis esset tantus fulgor in lapidibus racionalis apparebat ut omni fieret multitudini manifestum eorum auxilio deum adesse et ob hoc racionale iudicii nuncupari. Asserit autem josephus hunc fulgorem sacerdotalis et racionalis cessasse annis ducentis antequam scripsisset hec. cum deus moleste ferebat transgressiones legis. Erat et in .iiii. summitatibus racionalis .iiii. anuli aurei. quorum duobus supremis inserte erant due cathene auree que inuicem coherentes i. obligate ad modum x. littere et in medio coniuncte. uel et pocius exprimit littera cathenas inuicem quasi materie materia coherent. pro quo hebreus habet plexas ope plexo. Josephus dicit per fistulas uenientes uti. caldeum sonat tunicatas i. ad quantitatem spacii in quo protendebantur factas. que sursum ferebantur usque ad scapulas pontificis super quas inserebantur duobus unciniis aureis superhumerali firmiter insertis. Duobus uero inferioribus anulis inserte erant due uitte iacinctine. que circa latera ducte duobus anulis aureis inter scapulas inserebantur. qui sub utroque sardonice et ephot fixi stabant ut utroque ligatura ephot et logion in uicem firmiter coheret. Et sicut dicit josephus zona ex .iiii. coloribus et auro conserta ex utroque latere circumducta et iterum reuoluta ante pectus in utraque summitate infra pendente. hinc extra aureis fistulis miro decore composita. De tyara et mitra. xxx

xxiiii U ltimum erat capitis ornamentum quod similiter tyara uel mitra uel infula dici potest. Specialius uero tyara. Eratque tyara ad modum pilei facta. quod omnibus erat sacerdotibus. sed quam consuta erat. alia tota iacinctina que circumdabatur aureo circulo tribus ordinibus facto. sed rigi ab occipite stabant flores aurei platanis similes. A tempore ad tempus. A fronte uero super stabat flos aureus similis herbe quam greci dicunt usciamos magnitudine unius digiti. In superiori uero planicie tyare ex omni parte in circuitu usque ad summitatem eius que in acutissimum deficiebat calamus. particulatim per se erat aurea malo granata et spinosis extremitatibus sed sublata. Super fronte uero pendebat lamina aurea. que petulum dicitur ad modum dimidie lune facta que a circuitu ipsius

tyare et in medio anulum aureum continuo aureo inserebatur. quia tyare insertus erat. et quod sculptum erat. tetragramaton id est nomen domini. sed tetragramaton quod ineffabile dicitur. non quia dici non possit sed quia ineffabile rem significat. quod his literis scribitur. he. ioth heth uau. quod sonat principium uite passionis iste. [ineffabile] per passionem huius applicatur hic sacerdos reincitabilis uita et eternam post. Illo uero et amouetur sacerdos mouetur. et laminam sursum ligabat uitta iacinctina per spacium restante continua et anuli que circumducta capiti ligata in occipite. deponentes summitates super humeros utrumque diffundebant. Hic typo huius uestibus ornatis potest. De uestium

H ... sexus. Vestis totius orbis super se preferebat figuram. Talaris enim et linea stricta quia byssina erat terram presignabat. Calcheri uero quod iacinctina erat celum. uolucrum oculos. tunica iacinctina ipso colore aera preferebat. per tintinabula sonitus tonitruum. per malogranata choruscationes significabantur. Ephot uero sui uarietate celum sidereum. Quod auro coloribus intertextum erat. significat quod calor uitalis penetrat uniuersa. Duo sardonices solem et lunam uel duo emisperia. Duodecim gemme pectoralis xii signa in zodiaco pulchre quod in medio erat applicabantur racionale que ratione enim cuncta sunt plena et erunt celestibus primo ratione et terrenorum et temporum caloris et frigoris et duplex in utraque tempore de celi cursu et ratione descendit. Cydaris celum empireum lamina supposita deum omnibus presidentem. De altari incensi.

P ost uestium tropum locutus est dominus ad moysen de modo consecrationis aaron et filiorum eius. ~~et usque ad ipsam consecrationem~~ De altari aureo prosequens. Factum erat hic altare de lignis sethim habens cubitum longitudinis et alterum latitudinis i. quadrum et duos cubitos in altitudine. Uestitumque erat auro purissimo cornua habens et craticulam auream et catenas et anulos et uectes aureos. Interior uero arula habet an terra omnes excipere ambiguum est. Josephus addit quod per singulos angulos coronas fere habebat. et auro purissimo. Per singularem forte. In exodo dicit. facies coronam auream per gyrum. Hoc altare dicebatur incensi uel thimiamatis quia usque mane singulis diebus ad adolendum iugem sacrificium. sed in incendebatur timiama sacratum domino. fuerunt tamen qui dicerent mane solum iacet i. thus superimponi uespere uero pro dignitate sacrificii

Hoc n. cuncta sit plena

usque ad ipsam consecracionem distulimus de qua in leuitico plenius loquimur. Nunc de altari aureo

dicit quidam non prudenter quod post hungaliarum fuit exceptum. vel uti post uinum fuit. ita fuit salomon autoritatem eos que videtur. sequitur enim

uespertini timiamatis. Etenim utrum hoc altare esset intra sancta sanctorum an in sanctuario cum candelabro et mensa sancta videtur dubitare. Sed et apostolus in dubium venisse qui esset in sanctuario cum hebreus hoc dicat et iosephus plano. et prima porcio tabernaculi facta a moyse innuit. Nam quia paulus in epistola ad hebreos thuribulum aureum ponit intra sancta sanctorum. Potuit etiam esse quia in templo omnia ampliata fuerunt. et multiplicata preter altare aureum quod erat intra velum. ad quod bis in die mane erat ingredi. Erat scilicet addita thuribulum in adito. in quo summus sacerdos portans et timiamatis quod sanctum fiebat adolet. quod ad interiora attingebat cum penetrare. De compositione timiamatis

De compositione ungenti timiamatis sancti. locutus est dominus ad moysen dicens. Sume tibi aromata. stacten et onicha galbanum boni odoris et thus lucidissimum equalis ponderis erunt omnia. et in tenuissimum pulverem contundens omnia. Onicha fertur esse ostreola parva suaves redolens magnitudine humani unguis. Unde et onicha dicitur quia onix grece unguis dicitur. Stacte est gummi quod fluit de mirra. quia et mirra dicitur. Galbanum vero succus est ferule et nascitur in syria optimum cartilaginosum. et minus lignosum. cuius odore fugantur serpentes. Ferulaginis quoque et femicula dicitur in galagena nascitur. cuius succus uiliorem. Thus vero lucidissimum optimum quod et masculum dicitur quia instar humani testiculi rotundum est. dicitur et libanum a libano monte arabie. in quo nascitur arbor thuris ad aeris qualitatem. perplexo et intorto vimine. Ex hiis iiii. fiebat pulvis timiamatis sancti. Prohibuit deus tale fieri compositum in usus hominum. quod si quis sibi faceret. quo odore eius frueretur periret de populis suis. Inde est quod odor thuris benedicti non datur in ecclesia sponso et sponse. Inde est quod oblato thure benedicto super altare. si ascendat thuribulum ad clericos in choro ut ad laycos. alius thus sine benedictione appositum est in hominibus offerendum. De compositione ungenti

Ungentum et sanctum factum sic unctionis de iiii. fiebat aromatibus. Aromata vero dicuntur omnia pigmenta quod odore suo aera inficiant quasi aeriomata. Sumebatur quidem quingenti [illegible] siclorum prime .i. precipue mirre. Et est mirra arbor que dicitur smirna dicitur v. cubitorum que est intractabilis. cuius incisa arabes excurunt. ut melius pulluletur et fructificet. Ex quorum odores multos intollerabiles haberent morbos nisi fumo storatis curarent. Cinnamomi duceti quin-

hbeilh9

quaginta sicli. et calami totidem. Cassie vero quingenti sicli est cinnamomum. virgultum indie vel ethiopie duorum cubitorum. dicitur cinnamomum quia in modum canne subtiles habens calamos et replicatos. qui fracti spiramentum visibile reddunt. Calamus ille species aromatica vel libanus. Cassia in aquosis nascitur. valde crescit immensum odorem reddit. Hec redacta in pulverem conficiebantur cum oleo olivarum sub mensura hin ~~huius aut conficiebatur~~ opus unguentarii. et dicebatur sanctum unctionis oleum. vel unguentum sanctum. De cuius usu in loco suo dicemus. Iosephus est balsamum apponi dicit. De labio eneo

Locutus est iterum dominus ad moysen dicens. Facies et labium eneum cum basi sua. Vas scilicet lavatorium. quod est luter dicitur. quod erat inter tabernaculum et altare holocaustorum. in quo missa aqua lavabant sacerdotes manus suas et pedes. vestes sacras accepturi. ut sanctificarentur sibi ingressuri tabernaculum et egressi. quod dicitur factum de speculis mulierum excubantium ad ingressum tabernaculi. forte de sedibus speculorum eneis factum fuit. vel potius eo facto in circuitu labii summi circumposita fuerunt specula in quibus sacerdos videre possent si uspiam aliquid in veste vel in facie maculam haberent. ablucerent.

Tunc deus ad moysen dixit. cum De redemptione animarum numerabis filios israel. dabit quisque pretium sue pro anima ne sit in eis plaga. dimidium sicli vel medietatem. mensura sanctuarii Siclus autem xx obolos habet. a viginti annis et supra dabatur. ab eo. non tempore ad numerum sexcenta millia constabant. dives non addet et pauper non minuet. et quod pertinet ad usus tabernaculi reponebatur hoc in david vindicabatur. quia aliter fecerat quam deus iusserat. De electione artificum et [...] populus non

Vocavit iterum deus ex De factione tabularum nomine. i. nominatim elegit huic operi beseleel filium huri de tribu iuda. et coliab sociavit sed minus peritum. filium achisameth de tribu dan quos implevit spiritu dei i. sua ad excogitandum. Toto opere fabrefacto expletisque sermonibus huius dedit moysi duas tabulas lapideas dei digito scriptas i. sancto spiritu. Sed palam non vero beseleel huisse nisi duos annos ad plus De vitulo conflatili xxxii

Videns populus quod moyses moram faceret dixit ad aaron fac nobis deos qui nos precedant moysi enim ignoramus quid ei acciderit. Accusant se iudei dicentes. quia eloy non tantum deos sed et duos sonat. et dicunt eos petisse duces in via. ~~Illa~~ vero et hur restiterunt. sed in digitus populi furens in faciem hur sputis ut traditur eum suffocavit. Unde timens. aaron ait. Tollite inaures uxorum et liberorum et afferte ad me. Hoc erat quod

et qui populus iniurat et medietatem sicli non reddidit

preciosus et carius habebat. Putans quod consulentes
avaritie sue nollet afferre. Qui cum accepisset
fudit ex eis vitulum conflatilem opere fusorio. Forte aliud
ydoli non reciperent. quia bovem adorabant in egipto. Tra-
dunt quidam aaron proiecisse in ignem inaures. et inde
ope demonis vel conflatum caput vituli tantum. quod tamen
quasi vitulus. quia caput vituli vocatur. quod [illegible]
cum suis in filiis. Et aaron dixisse moysi. Proieci
illud in ignem et egressus est hic vitulus. Et dixit
populus. Hii sunt dii tui israel. qui te eduxerunt de
terra egipti. Fecitque aaron altare coram eo et dixit
in crastinum sollempnitatem. Maneque surgentes optu-
lerunt hostias. Seditque populus manducare et bibere
et surrexerunt ludere. id est adorare. Ait autem dominus
ad moysen. Descende quia peccavit populus tuus. quasi diceret non
est meus. Dimitte me ut deleam eos. faciamque
te in gentem magnam. Cui moyses. Quiescat
domine ira tua ne dicant egiptii. callide eduxit
illos ut interficeret in montibus impotens eis dare
terram quam promiserat. Recordareque servorum tuorum
quibus iurasti dicens. Terram hanc dabo semini
tuo. Placatoque domino descendit moyses ferensque
tabulas scriptas ex utraque parte digito dei. Cui
occurrit iosue. qui forte singulis diebus in occursum eius
egrediebatur. Non enim incredibile est cum moy-
se eum ieiunasse. Et ait ad moysen. Ululatus
est pugne in castris. Cui moyses. Immo est vox
cantantium et appropinquans vidit vitulum et choros. et
iratus proiecit tabulas et confracte sunt. Com-
bussitque vitulum et massa redacta est in pulverem
quem sparsit in aquam. et dedit ex ea potum filiis
israel. Cumque accusaret aaron. quod populum audierat.
excusavit se aaron. dicens que supra dicta sunt. Dicens
quod se timuisse populum. quia pronus erat ad
malum. Videns quoque moyses. quod populus nudatus
est ornamentis. scilicet vel auxilio dei. vel potius ydolatria
quam longe ante conceperat tandem manifestaverat.
vel forte videns sibi indicatos a deo vivos sceleris auc-
tores per pulverem bibitum. qui in barbis eorum mira-
culose apparuit. stans in porta castrorum et aduna-
tis levitis ait. Si quis domini est iungatur mihi. Ponat
vir gladium suum super femur suum. Transite per me-
dium castrorum. occidat quisque amicum suum et proximum
suum. quem scilicet pulvere signatum invenit. Et ceciderunt
die illa quasi tria milia. Alia translatio habet ~~xxiii~~ milia.
De hiis omnibus que dicta sunt de vitulo tacet iosephus
tamen opiniones eorum de mora moysi narrat. Alii
enim dicebant eum a bestiis consumptum. alii a domino trans-
latum. alii sane mitius cum domino philosophantem

Altero die locutus est pro moysi cum minis ad
est moyses ad populum. Peccastis peccatum maximum.
ascendam ad dominum si quomodo quivero eum deprecari pro vobis. Et
cum ascendisset ait. Obsecro domine. aut dimitte eis
hanc noxam. aut dele me de libro tuo quem scripsisti.
quod de impetu animi non de ratione dixit quidam tradunt
vel ex magna confidentia in deum. quasi impossibile
dicens. quasi dicat impossibile est ut me deleas. Sic
oro non posse fieri. quin dimittas. ~~Augustinus~~ dicit a conse-
quentibus ratiocinatio debere concludi. ut scilicet quod sequitur pre-
mittatur. Sic aut dele me. aut dimitte eis que
posterius per equipollentia sunt. quasi si non deles me dimit-
te eis. Disiunctiva enim utitur in coniuncta. de-
structo quod antecedit. id est mutato quod sequitur. Scribi
autem et deleri de libro vite dicitur quod duplex. ut sim
psaltis ut paulus. vel secundum presentem iusticiam ut iudas. Cui dominus. Qui peccaverit
michi delebo eum. quasi diceret. Non te qui non peccasti. Vade
duc populum istum. Angelus meus precedet te. Non enim
descendam tecum. quia populus tuus dure cervicis est
ne forte disperdam te in via. Tradunt hebrei
quod prius deus custos eorum erat. Deinceps dedit
eis michaelem custodem eorum populi. sicut ceteris nati-
onibus. populos enim habent angelos custodes delega-
tos. Addit etiam dominus. Semel ascendam in medio
tui et delebo te. id est populum. Et est comminatio captivitatis
babilonice vel romane. Et non absurde duplex
dici. vel ab inferioribus ad superiora. vel ab occultis
ad manifesta. Id est postquam manifestabo me tibi in
ultione. De tristitia populi et tabernaculo

Audiens hoc populus luxit et nullus indutus
cultu suo. deposueruntque ornatum suum. id est
tabernaculum longe a monte oreb. quod commode deferri
tabernaculo in exilio quod est fecerat ut cum populo inde
tractaret. quod hucusque fuerat in radice montis ut
propinquius esset domino. Volvitque dominus illud. et a se removit
et tetendit illud moyses ex alia parte castrorum et lon-
ge a castris. Egrediebaturque moyses ad illud.
et plebs stabat in foribus tabernaculorum suorum et ado-
rabant procul. Descendebatque columpna nubis
et loquebatur dominus cum moyse coram ~~omnibus~~ viris. facie
ad faciem sicut solet homo loqui ad amicum suum. id est
manifeste. Quod moyses vidit posteriora dei.

Oravitque iterum moyses ad dominum. Respice
populum tuum vel gentem tuam hanc. Vis ut e-
ducam eum in terram in quam missurus es mecum. Dixitque
deus. Facies mea precedet te. Ecce iam maius
impetravit moyses. plus notatur in facie quam in angelo
sed quia in facie intellexit moyses. alium filium deo
promitti. addidit. Si tu ipse non precedes ne edu-
cas nos de loco isto. Cui dominus. Ubique locutus

quantum ad divinitatem. scilicet vitis sensibus corporis. Quibus et talibus in carne apparuit et visus est coram te gloria mea quae quia non sustinebis ponam manum meam coram te

eos facturum. te ipsum novi ex nomine. id est proprie et specialiter me plasmasti. Vocabo in nomine domini coram te. id est faciam te me vocare deum et ducem ex miraculis que faciam. et non ob aliud. nisi quia volo quod miserebor cui voluero. Cui Moyses. Ostende mihi faciem tuam. Cui dominus. Non potes videre faciem meam. Non enim videbit me homo et vivet. Cumque pertransiero. tollam manum meam. et videbis posteriora mea. quia similitudinis dein est. et cetera. Homo a tergo visus scitur. quod homo sit. sed non quis homo sit. Ita deum esse in mundo scimus sed quis sit nondum nescimus. et potuit esse quod in tanta claritate pertransierit dominus quod humanus non sustinuisset aspectus. Vel opposita est nubes Moysi. deinceps cum loquitur. adhuc potuit a Moyse videri. Ad litteram hebrei tradunt eum vidisse posteriora hominis in occipite quamdam ligaturam.

De secundis tabulis et gloria vultus eius. xxxiiii.

Et ait dominus ad Moysen. Precide tibi duas tabulas instar priorum et scribam super eas verba que habuerunt priores quas fregisti. In deuteronomio dicitur deus scripsisse. In sequentibus tamen dicitur scripsisse verba hec. Et paulo post fuit Moyses cum domino xl dies et scripsit in tabulis verba federis. Sed potest dici quod auctoritas scribentis fuit in deo ministerium in Moyse. Cumque excidisset Moyses tabulas. de nocte consurgens ascendit. et transeunte domino coram eo in turbine. prius terram adoravit. Obsecro ut gradiaris nobiscum. Auferas iniquitates nostras. et possideas nos. Cui dominus. Ineundo pactum quod est pepigerit de electis solemnitatibus. de oblatione primitiarum et primogenitorum et addidit ne cum gentibus terre promissionis aliquid haberent participium fuit quod Moyses cum domino xl dies et xl noctes panem non comedit et aquam non bibit. Cumque descendisset de monte cum tabulis apparuit facies eius cornuta et ipse ignorabat id est radiis miri splendoris fulgebat. de facie eius que reverberabat oculos intuentium. quos gloriam vultus Moysi appellat apostolus. Posuitque velamen super faciem suam cum loqueretur filiis Israel et locutus est eis omnia que dei fuerant precepta. Quamdiu autem hec gloria duraverit. et utrum semper. vel pluries acciderit ignoramus. Tradunt hebrei quod ad hunc tertio ascendit ad impetrandam eis veniam et altitudine et iterum fuit cum domino xl diebus et noctibus ieiunans. Cumque redisset cum certitudine venie erat x dies. septimi mensis et cetera festum solempnitatis agentes. Propter veniam datam affligerunt animas suas ieiunantes et deinceps data est decima dies mensis huius dies propitiationis. Quod

si vero est. patet et eo quod ob certam tres in anno propter quadragenas licet ob hoc institutum dicatur quod tres tribus legimus ieiunasse quadragenis. Moyses Helias. Ihesus. Anno vero secundo fuit anno post secundum reditum de constructione tabernaculi precepit eis Moyses sicut quod a domino acceperat et premisit de observatione sabbati ne forte in hoc opere putarent esse licere operari sabbato. De compositione tabernaculi.

Ingressa omnis multitudo obtulit mente promptissima voluntate. Moysi primitias quod propositus fuit. et cum tanta copia quod compulsi sunt artifices voce preconis clamare ne quisquam ultra offerret. Fecerunt Beseleel et Ooliab cuncta que sibi fuerant et sicut fuerant precepta et secundum Iosephum omne tempus ad opus faciendum transiit in mensibus vii. Omne aurum quod expensum est in opere fuit viginti ix talentorum fuit. et dcc xxx siclorum ad pondus sanctuarii. Fuerunt preterea c talenta argenti ex quibus conflate sunt bases c. sanctuarii de mille autem dcc et lxxv. facta sunt capita columpnarum que et vestite erant argento. Eris vero talenta lxxii. duo milia et cccc. sicli. Obtulerunt enim. a xx annis et supra. dc iii milia dl. Igitur mense primo anni secundi in primo die mensis erexit Moyses tabernaculum. Cum luce fieret esset in procello sed sic lucida. nec tamen per quam transiret aspectus. quasi decebat dei presentiam. et ad nebule illius elevationem. deinceps moverunt castra et ad depositionem deposuerunt. et dum stabat super tabernaculum. et ipsi stabant. Eratque ignis in nocte.

Incipit hystoria Levitici.

Tercia distinctio hystorie quam scripsit Moyses. grece Leviticus dicitur quia de electione et ministerio levitarum agit. Latine. offertorius vel sacrificatius. quia de sacrificiis et donis que offerebant ex lege tractat. Hebraice vaiecra. quod sonat. vocavit. ex more hebreorum qui a principiis librorum nominant eos. sicut nos officia missarum. ut Ecce virgo. et cum dicimus dominica qua cantatur. Populus Syon. vel Erunt signa in sole et luna. Inchoat enim sic liber iste. Vocavit autem Moysen et locutus est ei dominus de tabernaculo federis dicens. Homo qui obtulerit hostiam si fuerit holocaustum et de armentis masculum offeret. Pro autem hec in hebreo et vero sonat et vetera vocavit.

Ad videndum. premittitur divisio victimarum de doctrina et traditione sacrificiorum que sequitur que diversa sunt in hunc modum. Quinque considerandum sunt circa sacrificia que deo offerebantur. Tempus quo offerebantur. Loca ubi offerebantur. Cause pro quibus

offerretur. Triplex autem eorum que rite offerebantur ostenditur distinctio. Aut enim erat oblatio de animalibus et sacrificium dicebatur, nec ante octavum diem nativitatis poterat offerri, nec eadem die mater et fetus eius. Vel de sicca materia, ut simila pane thure, et hec oblatio dicebatur. Aut de liquidis vino et oleo, que hec libamen vel libatio dicebatur. Licet hiis nominibus septuaginta indifferenter utatur. Ratione vero offerentium due, anima et sinagoga, quartum vel aliter sacerdos, aliter princeps, aliter privata, de quibus locis suis dicetur. Similiter de locis et temporibus loco suo. Causarum est triplex differentia. Offerebant enim quandoque necessario, quandoque sponte, quandoque casu. Necessario autem vel ex voto vel ex precepto. Sane ex precepto offerebat primitias frugum vel earum fructuum. Decimas quoque earundem et animalium insuper. Primitias quoque animalium et liberorum oblationes et in sollempnitatibus de quibus in huiusmodi. Mel autem et fermentum numquam offerebatur domino, tamen primitie eorum temporibus offerebantur sacerdoti, sed nichil ex hiis super altare ponebatur. Communiter autem a nullo sacrificio sal deesse debebat, et ideo dicebatur sal federis, quia non erat phas hoc transgredi. Porro secundum ordinem libri a sacrificiis inchoandum est.

De holocaustis spontaneis

Sacrificiorum aliud holocaustum, aliud sacrificium. Et primo de holocaustis videamus. Holocaustum dicebatur illud sacrificium quod totum incendebatur. Holon enim totum, cauma incendium dicitur. Fiebat autem in tribus tantum: armentis et pecudibus, sed tantum de ovibus et capris, et avibus, sed tantum de turture et columba. De armentis autem et pecudibus sic offerebatur masculus tantum et anniculus, id est unius anni, vel citra supra aut non. Unde quandoque aries quandoque agnus appellatur. Bos enim super annum poterat offerri, ut ait Josephus. Erat quoque immaculatus, quod non de macula velleris sed corporis intelligendum est, id est non debile aut fracto membro aut maculatis hiis aut scabiem aut cecum vel huiusmodi. Offerebatur quoque primo sacerdoti ad ostium atrii ut videret si ydoneus esset ad offerendum. Postea ad ostium tabernaculi offerebatur domino. Per manus imponens super caput eius prius manibus, quia preter morem sacerdotum erat in atrio duo introire, unum utrorum alterum interim. Et a loco offerendi ab hebreis hostia dicebatur. Gentiles enim ab hostibus hostiam et a victis hostibus victimam consueverunt appellare. Victimam vero hebrei a vinciendo dixerunt, quia vinctum adducebatur altari. Oblata sic hostia reducebat sacerdos ad altare holocaustorum et stans ad aquilonem ymolabat eam coram domino ad latus altaris, id est in conspectu sanctorum. Effundebat quoque sanguinem circa crepidinem altaris in circuitu. Hebreus habet pro ~~Josephus~~ habet limbum, forte labium supius eminens. Detractaque pelle hostie artus in que erat sacerdotis, artus in frusta concidebat, quibus lotis cum capite, pedibus et intestinis adolebat omnia super altare in holocaustum et odorem suavem domino. Licet enim credendum quod ~~in~~ nidore carnium delectaretur dominus, sed potius in re significata et devotione offerentium.

Si autem de avibus fieret holocaustum, fiebat sic. Sed cum domino offerret ut decimum est primo hoc de sit postea sacerdos. Quo ab homine offerebatur avicula, forte eodem modo quo et pecus, forte tamen sacerdoti offerebatur. Aut pullus turturis aut columbe. Cum frangebat sacerdos collum sola manu. Non enim licebat sacerdotibus levare ferrum super avem, et retorto capite sub ascella unguine cute colli ubi fractum erat rumpebat, et fuso sanguine circa crepidinem altaris vesiculam gutturis proiciebat ad orientem in loco secreto ubi cineres effundebantur. Confractis ascellis manu adolebat eam in holocaustum. Et hec erant minora et simplicia holocausta que voluntarie fiebant. Erant enim quedam maiora, quedam necessitate facta et sanctiora, quorum meminimus quia totum incendebatur et pellis et fimus, de quibus post dicetur. Quidam minus digna quia super altare non cremabatur. Nunc de sacrificiis pacificis prosequamur et voluntariis.

De sacrificiis pacificis et salutaribus

Hostia quedam erat pacifica, quedam salutaris, que scilicet pro salute data vel danda vel conservata offerebantur. Similiter et pro pace, vel ad deum vel ad homines, vel quia ad modum pacis fiebat, cum utrique quod suum erat dabatur, deo et sacerdoti offerenti. Fiebat tamen cum erat de animalibus de armento tantum vel de pecudibus, preda de avibus vero non. In modo offerendi ab homine vel sacerdote idem fiebat cum hostia holocausti. Sed in hoc erat differentia, quia hic offerebatur masculus et femina, et anniculus et adultior, maculata tamen. Pars hostie vero offerebatur domino, pars erat sacerdotum, reliqua offerentium. De armento hec offerebatur domino: omnis adeps qui est pinguedo interior. Pinguedo enim super carnem arvina vel lardus dicitur, que autem admixta est pinguedo que in intestinis. Adeps autem est triplex: adeps vitalium, id est cordis et ventris; adeps iecoris, id est epatis, quod reticulum dicitur quia involvit ad modum retis; adeps renum. Hec

tres adipes .i. duosque renes .i. ylia et re-
nunculos adolebat sacerdos sup altare. Et
tamque de capite dno offerebant. Sed uo
de omnibus erat oblatio pter pecti offerebat
de eo carnes intestina quam tubum uocat.
Pellis uo erat sacerdotis qui offerebat
illud. Armus uo dexter qui dicebatur sepa-
rationis et pectus quod dicitur eleuationis. Et quia sic
dicebatur in fra dicet. cedebat in usus sa-
cerdoti. Sicut cum fenalibus ut tradit. Sed
in textu non memini me legisse. forte pectori
adhebat. et cum pectore ad altare tollebat.
Cum sufficit notasse pectus et hiis uescebantur
sacerdotes in domibus suis cum uxoribus et filiis
et domo tota mundis tm. Et qui in domibus
imolabat ea epuli ut religionis pectus
et armum dabat. reliqua erat offerentium et
epulabatur inde coram dno in locis s. ad hoc
deputatis in ipso atrio. ut tradit. Licebat
enim de hiis tam sacerdotibus quam aliis edere
duobus diebus. Si quid super erat in die tercia
cremabatur. Et nota quod nullam oblationem offerebat
ut in holocausta uel in sacrificiis sine libamentis
suis. Sed de libamentis specialis dicit infra
tractatus de oblatione in diatoz.

Si uo manus hominis animal inuenire non
poterat. offerebat pro salute ut patet
similam farinam s. delicatissimam fundens super
eam oleum. Dicebatur simila oleata ut o-
leo perunctata. et thus offerebat cum ea. Sacer-
dos aut totum thus et pugillum plenum si-
mule oleate adolebat sup altare memo-
riale .i. in memoria offerentis. ut s. dns
memor esset eius. ut sacerdos ante dnm.
Reliquum erat sacerdotale. Tradunt hebrei
uo semper plenius pugillum offerri. Sed pro quantitate
simile minus poterat offerri in tm quod non in
pleto pugillo omnes digitos poterat capere
sacerdos. Pter medium et illud tantillum quod re-
manebat inter illum digitum et uolam suffi-
ciebat. Josephus drachmas esse offerenda
dicit. Si uo sacrificium de simila coctum offerebat, offerebat
panes sine fermento aspersos oleo coctos
in clibano ut in craticula. offerebat et laga-
na ut azima .i. latos panes et tenues in eo
spersos. Sed litos oleo. Quidam tn pro laganis
panem coctum intelligunt. ut sit tercium genus pa-
nis. Aut cocto in clibano, cocto in craticula
Sicut coctum in sartagine offerebat et conspersit
oleo et sine fermento et diuidebat minutatim.

tim. Ex hiis oblatis sacerdos memoriale a-
dolebat coram dno de panibus omnibus et de frustis.
Omnium reliquum erat aaron et filiorum eius ad
edendum cum omni domo sua et equa forte diuide-
batur eis. In hebreo. pter clibanum tria ponit.
marcesilie. machebath. michar. Marcesilie
sonat consiliatrix quia sacerdotum eum inuenit. pter
stridorem et susurrium frixure. Michar rete
ut cribrum. Machebath forte sartagines ut de
patella in qua coctio liquida fit. Post esse
tertia species sacrificii a salutari et pacifico
pro gratiarum actione et uictoria. s. ut pro aliquo
bono euentu inopinato et pro [illegible] casu. Et hec
omnia sacrificia in diuine. Sed dicitur pacificum
ut salutaria. De hostia pro peccato. ca. xiiij.

Post hostias salutares precepit dns de
hostiis pro peccato et pro delicto. Dicitur aut peccatum
grauius quod ex industria fit. delictum leuius
s. quod ex ignorantia. ut quidam. peccatum cum fit
pro faciendum non est. delictum cum non fit quod faciendum
est. Et ut dicit personas peccantium erat diuisio
sacrificiorum distinguit. cum in. iiij. persone
sacerdos summus. plebs. princeps tribus. Si est sa-
cerdos qui unctus erat peccauerat. delin-
quere faciens plebem. faciebat quod sciuit. Additum
est. qui unctus. non quin omnes unecti essent
sed ad differentiam illorum qui erant de tribu cum esset
de stirpe sacerdotali. pro macula corporis non
ungi poterat nec ministrare. Et est additum
est. faciens plebem peccare forte est generale quia
peccatum cuiuslibet sacerdotis ut quibusdam tradit
in exemplum. Est dem ad exterdentiam pec-
ut sepe. Dem est .s. ubo. ut quo et maxime plebem
ad peccandum prouocauit. ut sane sit in hebreo
est. Si sacerdos qui unctus est peccauit ad cul-
pam plebis .i. similiter et ipse. quia unus de
populo. quod ualde indecens est. tunc uitulum offerebat
pro peccato suo pro manus imponebat ad hostium tabernaculi
uitulum immolabat et coram altari ymo-
labat eum. hauriensque de sanguine inferebat
illum in tabernaculum et intingens in eo digitum asp-
gebat illum septies tota uelum sanctuarii et de
eodem ponebat sup cornua altaris incensi
et egrediens reliquum sanguinis fundebat circa
crepidinem altaris holocausti et omnem adi-
pem cum renibus et renunculis adolebat sup
altare sicut et de uitulo hostie pacificorum.
Pellem uo et omnes carnes cum fimo offerebat
extra castra in locum mundum ubi cineres effundi

delictum est pretermissio faciendi uel peccatum [illegible] delinquere uel delinquere [illegible] peccatum

plebant. et manducabant eam sup struem lignoz. De pcto sinagoge.

Quod si omis turba p ignorantiam fecerit p cont. mandatum dei et offerebat seniores ppli ad ostium tabnaculi p manum impositionem vitulum et fiebat de hoc vitulo sicut et de priori. p pcto sacerdotis. et orante p eis sacerdote ppicius erat dns. i duobz tm h inuenit drias. inter pctm sacerdotis et ppli. q s sacerdos dr p ignorantiam n peccare. Item q no legit. quis orare p sacerdote. q sip cussus fuit in catalogo et serpente qe medebat ei. Et patz dria int holocaustum h et pdc. qr ex hijs nichil erat sacerdotum to dno cremabat. neqz in ea istoz pedibz cum capite et intestinis lotis ponebant sup altare. Finalis eni resulta erat. q de cui sangne inferebatur in sanctuarium nich licebat ex eo remanere. nec aliqd ex eo sup altare adolebat. n adeps cum renibz et renunculis. Jn m i offerendi. i i nuo sacerdotum offerentium erat dria. Ex carnibz eni holocausti salutaris fiebat ex ptes. quas ponebat sup altare ve sacerdotes quibz sua oma v in offerebat simil. s caput et pedes ieciur et i testina lota aqua. duo uo sagne offerebat. ut oms simile erit …

Non hat eu n. ode madati dni

Si peccauit. De pcto pncipis.

pnceps qui et chiliarchus ut tribunus et p ignorantiam et post intellexit pctm suum p se. ut p aliu offerebat ad ostium tabnaculi. p manum in pncipem hircum immaculatum. Quo imolato. tingebat sacerdos digitum in sagne. quo tingebat cornua altaris holocausti reliqu fudens ad basim. et adolebat adipe renes et renunculos. Reliquum erat sacerdotum. Sz quia erat hostia p pcto et de sagnis tincta erat cornua altaris holocausti carnes eius erant sancte et sanctificabat que ex erat tacta h n quelz ymo in igne suo caro carne simila simila panis pane et n vescebat eis. nisi sacerdos unctus et in dds. et no nisi in loco sco. i n nisi eadem die qua offerebat. Sz q residuum esset igni comburebat. Si vestis polluebat eius sagne abluebat. ut nllm remaneret in eo sagnis vestigium. Aliogn q vrebat. Vas testeum in quo coquebat caro stati frangebat. ereum defricabat. et lauabat aqua. De pcto anime.

Qui autem peccabat p ignorantiam de anima de ppls terre. offerebat capram immaculatam. eo mo quo alij ut agnum et fiebat de ea sicut dictum est eodem mo quo et de hirco pncipis. Si aut. n poterat manus eius inuenire pecus. offerebat duos pullos turturis ut columbe. quoz alter offerebat in holocaustum dno. alter erat sacerdotis. cui tn sagne ad fundamentum altaris holocausti distillabat. q p pcto erat. Quod si nec auiculas poterat inuenire. offerebat simulam in decima pte ephi. n mittebat in ea oleum al thus q p pcto erat. Cuius memoriale sacerdos adolebat sup altare. Reliquum ipe habebat i munere. De igni igne et cicatone cerum locutus est dns ad moysen. Ignis ru

Ignis sp i altari ardebit. qr nutriet sacerdos subiciens mane ligna p singulos dies et ex ignis ex eodem altari. i n aliunde supius apponet. Cum uo cineres sup hum habat. induebat. sacerdos uestibz sacerdotalibz … qua ptextum … et tolles cineres de altari reponebat in pelui iuxta altare. et depositis uestibus suis induebatq alijs. destinato forte ad hoc. ut suis ppls efferebat cineres ex castra in loca mundissimo usqz ad fauillam faciebat consumi. h de oblacione dicta sufficiant. De esu adipis et sagn.

Hec i mus de oblationibz et phibito viij festoz legalium legitur. Jure ppetuo q omis adeps dni erit. iure ppetuo pnem adipe et sagne n comedetis. qd intellige de omibz aialibz oblatis. Tn p istud ab omi adipe iudei abstinebant. Sed vius dicimus. q adipem. qui offerri solet in esu eis dns phibuit. Ji nouatum adipe ouis i bouis i capre. Adipe uo morticinum. ut a bestia occisi concessit eis in usus uarios ut ad lucinas ut unctos … Qui g petiuit de adipe aialis mundi no oblati nec morticinij nec a bestia capti ut occisi si dm … forte pitiut. ut dat alienigen ad edendum. Sz quo in hoc ut illud factum de illo sit dm est. Phibuit et eis dns omne esu sagnis. Josephus dr qr etiam et spm in eo moyses e putauit. in quo asus sif focata tn intelligitur. phibens et tn i … phibuit. esu sagnis q ex aue ut feram aucupio ut venatoe capta noluit fusu sagne i terram i cooperto comedi. Et addit

·i· cosecraret · aut thimos

Omnis enim uita in sanguine est. De cosecratione sacerdotum.

Tem precepit dominus | sumi sacerdotis et unctionem mosi ut ungueret aaron et filios eius in sacerdotes et tunc quidem omnes filii aaron consecrati sunt, sed non omnes postea de genere ipsius cecus enim et claudus. si gradi ut paruo aut torto nasu | si gibbosus | aut si iugem scabiem habens | ut impetiginem de semine aaron erat non poterat ministrare nec intrare sanctuarium. vescebantur tamen panibus qui offerebantur in sanctuario. Iubet ergo moyses. ut precepit dominus | aaron et filios eius. uestes quas sanctas. et unctionis oleum. uitulumque et arietes duos et canistrum in quo erant tria genera azimorum | torta scilicet panis quae et collirida dicitur | lagana et crustula. Est autem crustula panis qui fit in cista incluctus et. et congregauit omnem multitudinem ad ostium tabernaculi. In electione enim pontificis assensus desiderabatur plebis. Tradit autem iosephus. quod duos ipse inclinauit ad sacerdotium. aaron. in hunc modum. Dixit enim quod ipse se ipsum dignum sacerdotio iudicauerat | tamen pro familiaritate quam habebat cum domino | tum quod plurimum pro ipsis laborauerat | tum quod natura omnium quisque amicus sui est. Sed dominus. aaron dignorem indicauerat. Cumque ergo placuisset domino et ipsis optulit domino aaron et filios eius. Cumque lauisset eos aquis fontium | et aaron feminalia induisset | uestiuit eum moyses aliis uestibus. quas prediximus | fudens super caput eius oleum unctionis. unxit caput eius et manus. Ita quod per barbam stillauit oleum. usque in horam uestimenti eius. filios autem uestiuit lineis et balteis cingens. in posuit eis mitras. et manus eorum oleo sanctificauit. | Unxit quoque tabernaculum oleo sancto. cum omni supellectili sua. Cumque aspersisset utrumque altare septies aquis unxit illud et omnia uasa eius labrumque cum basi sua sanctificauit. | De ptte.

Optuleruntque | offerendi eis uitulum. et aaron et filii | pendi pro filiis suis | eius. uitulum pro peccato suo. super caput eius manus imponentes. quod cum immolasset moyses. unxit digitum in sanguine et tetigit ex eo iiii^or cornua altaris per gyrum et fecit de eo quod de uitulo sacerdotis | oblata pro peccato faciunda prediximus. Optulerunt et arietem in holocaustum. hostiam scilicet salutarem et fecit moyses de eo. sicut de holocaustis salutaribus fieri precepit dominus. Optuleruntque per manus imponentes arietem secundum hostiam scilicet consecrationis templi. Quem cum inposuisset

cum immolasset moyses. sumens de sanguine tetigit extremum auricule | dextre eorum et pollicem manus dextre. similiter et pedis. Reliquum sanguinem fudit super altare per circuitum. Adipem uero omnem et caudam renes quoque cum renunculis et armum dextrum separauit. tollensque de canistro | colliridam unam | et laganum unum et crustulum unum | omnia simul tradidit aaron et filiis eius | quod dicit. accipe partem sumendi a ipsis hostiae. queda ad offerendum domino. queda ad usum. Qui cum teneret ea in manibus superposuit moyses omnibus pectusculum. Unde et pectusculum eleuationis uocatum est. quia omnibus suppositum fuit. In signum tamen quod superior omnium est sapientia et per eleuatione offerentium legatur. sic uocatum. In pacificis ergo et salutaribus armum et pectus prius eleuabant. offerentes coram domino | et post tradebat sacerdotibus sicut partes eis assignatas. Armus uero dexter dicebatur separationis | quia in separatione membrorum hostiae primus ab eo separabatur et quia in parte sacerdotum separauit illum moyses. tanquam ceteris membris dignorem. Tradunt enim quidam quod formatio corporis animalis in uentre matris ab humero dextro inchoatur. Tenentes ergo filii aaron omnia haec in manibus elauauerunt ea coram domino et tradiderunt ea moysi. qui omnia adoleuit coram domino. super altare | eo quod oblatio consecrationis esset. Assumens quoque unguentum et de sanguine qui erat in altari admixtis aquis fontium | et aspersit eos et uestimenta eorum. Cumque sanctificati essent in hunc modum. reliquas carnes arietis coxerunt ante fores tabernaculi. et ibi comederunt eas. cum panibus | quod residuum erat in canistro | et quidquid superfuit ex eis igne assumpsit. In eundem modum iterauit singula quae diximus. moyses uii diebus. tamen non uestiuit eos quia semel induti. uii diebus non deposuerunt uestes sanctas. nec de atrio tabernaculi sunt egressi. Ideo quidam tamen tradunt. per. die. ut diximus fuisse consecratum uii diebus consecrationis sequentibus. oblationes cotidie iterates. sed non in unctiones iosephus. dicit omnia sicut in prima die sequentibus fuisse consecrata diebus | De prima oblatione sacerdotum et igne dato de celo

Octaua autem die denunciauit moyses filium sacerdotes ipsos susceptate. in qua sacerdotes consecrati officia inchoarent pro se et pro ipsis. In precedentibus enim uii diebus uicem sacerdotis habuerat moyses. et acceptat ab aaron et filiis eius hostias quae postea et ipsis illi erant accepturi et ministrauerat aliquandiu die octo. egressi sunt ipsi uero ministerium. et ordinati fuerant et moyses cessauit. Et tradunt quidam diem hunc octauum fuisse primum diem anni secundi. quo egressi sunt | et cum obiret eis quod prima dies anni secundi quia ex decimo est super tabernaculum erectum

amculare dextre

de egipto

tabnaculi — Exempli — ut Josephus philosophatur

Factum est erectionem dierum consummationem consecrationis eius. Precepitque Moyses ignem non amoveri ab altari quo usus fuerat his diebus quia eadem die apparuerat eis Dominus. Congregatis quoque filiis Israel primo obtulit Aaron pro peccato suo vitulum cuius adipes renes et reniculos imposuit altari igne non supposito reliqua combussit extra castra. Immolavit et pro se hostiam salutarem arietem in holocaustum et imposuit altari sed sine igne. Deinceps oblaturus pro populo suscepit ab eis hostias quinque vitulum pro peccato populi hircum pro peccato principis agnum pro peccato anime bovem et arietem pro pacificis. Tamen immolationes nisi tres dicit immolasse. Hircum pro peccato populi et bovem et arietem pro pacificis forte quia prius eas numeraverat propter brevitatem alia tacuit. Et quia separatim de peccato sinagoge principis et anime non agebatur ut prius. Quamvis tamen pro peccato populi potuit dici oblatum. Augustinus tamen implet litteram quod dicitur duo tamen suscepta et dicit cum illis duobus suscepta agnum anniculum in holocarposim quod sonat holocaustum fratris. Dicebat quoque holocarposis holocaustum illud quod Deus aliquo signo visibili ostendebat se gratum esse. Cum autem imposuisset ex eis Aaron super altare que adolenda erant Domino separavit de pacificis partem suam armos dextros et pectora extendens manum benedixit populo. Et ingressi Moyses et Aaron tabernaculum et egressi iterum benedixerunt populo. Et cum oblata essent super altare et cum eis vespertinum matutinum egressus ignis a Domino devoravit que erant super altare. Et praeteria est ignis iste pro tunc usque ad transmigrationem altaris. Et sic deinceps igne in altari apponebatur alieno.

Eadem die. De morte Nadab et Abiu.

Nadab et Abiu arreptis thuribulis ignem imposuerunt alienum et desuper incensum offerentes. Egressus quoque est ignis a Domino ut ignis ille qui in erat in altari. Vel alius ignis veniens de sublimi et devoravit id est extinxit eos. Et ait Moyses ad Aaron. Hoc est quod dixit Dominus. Sanctificabor in his qui appropinquant michi et in his que in inspiciant aspectu suo. Non potens pectus eorum. Vocavitque Misael et Elizaphan cognatos eorum et ait eis. Tollite fratres vestros extra castra. Et accepterunt eos sicut erant induti lineis et tyaris et sepelierunt eos ita ut ministri altaris sepeliantur induti vestibus ministeri sui. Aut Aaron et reliqui duo filii eius alterum patres fratres suos morte sublato prohibuit Moyses. Et dixit eis. Capita vestra super vos nolite et capita vestra nudare vestes nolite scindere ne forte moriamini.

Sanctum [illegible] hodie fores tabernaculi. Tradit Josephus alii dicunt quia non portaverit hostias super arcam quis non preceperat Dominus sed quibus prius vtebantur subito inflammati sunt. Nec ualuit quisquam extinguere. Iussitque Moyses priorem eorum et fratres portantes corpora eorum extra castra congruo honore sepelire. Dixitque Moyses Aaron et filiis eius ut tollerent partes de hostiis salutaribus et oblatis quia pro peccato quorum sanguis non erat illatus in tabernaculum et comedent ea. Et cum quererent hircum oblatum pro peccato principis qui combustus inventus est. Iratus est Moyses arguebat Aaron et filios eius. Excusavit se Aaron dicens. Michi accidit quod vides. Quomodo ex preteritis annis fecerim et hec.

De discretione ciborum.

Precepit Dominus Moysi et Aaron ut traderent filiis Israel legem de discretione ciborum. Ad litteram ne Deus cibos homini concessos artavit propter castigandam eorum gulam sumat et comprehendi pro certo victu alia vivunt in terra et in aquis et in aere. Iste quidem in terra et reptilia quomodo in terra et latent ut talpa quod de luto nascitur. Et omnia in medio et gradientia super terram. De his generalis est regula. Mundum est tamen quod ruminat et findit ungulam. De piscibus quoque generalis est regula. Mundus est tamen his squamas et pennulas. De avibus nominatim expressit quod mundum et quod immundum esset. Hoc tamen generaliter de avibus dictum est. Volatilium quod graditur super quattuor pedes immundum est nisi crura habuerit retro longiora super quod saltat. Tangens morticina eorum lavabit vestimenta sua et immundus erit usque ad vesperam. Et si nunc fuit ut portet quisquam eorum mortuum super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum polluetur tam vas ligneum quam quodlibet vestimentum ad vesperam aqua mundabitur. Vas fictile in quod ceciderit frangetur. Clibani et cacabi destruentur fontes vero et cisterne et quelibet materia et sementis non polluentur.

De purificatione puerpere.

Addiditque Dominus legem purificationis mulieris talem. Si mulier pepererit masculum immunda erit vii diebus. Iuxta dies separationis menstrue id est eodem in medio inditabit qui enim separata et in dies cum patitur menstruum. In tum enim in immunda est quia quicquid tangit reddit immundum. Alii dicunt vestem sedem. Vel non licet alicui adiutare ei nec in albo nec in lecto pectore dici cunabedebat puer per vii dies.

Precepitque Moyses Aaron et filiis eius ne vinum [illegible] bibant nec omne quod inebriare potest quando intrant tabernaculum ut possent docere filios Israel [illegible]

dieb(us)
inquinationis manebat xxx iii d(iebus) in sanguine purificationis sue. ita ut omnis dies purificationis sue
essent xl. quia tot diebus dicunt physici carnem masculi in utero formari. In purificatione v(er)o (xxx)
dierum licebat ei surgere. in domo deambulare, sed non egredi. (tractabat) operari et tangendo non polluebat et licebat aliis ministrare ei in sede et cibo
sed non in lecto. accedere v(er)o ad tabernaculum non
poterat nisi expletis xl diebus. Si v(er)o pareret
feminam, duplicabat prius dies inquinationis
et postea dies purificationis. ut sint fient lx
xx. quia tot diebus formatur femina in utero.
Expletis v(er)o xl diebus purificationis offerebat pro
filio vel filia agnum anniculum in holocaustum
et pullum columbe vel turturem pro peccato suo quia in libidine conceperat. et erat sacerdotis. Quod si
non potuit manus eius invenire agnum, offerebat duos turtures vel duos pullos columbe
alterum in holocaustum pro filio, alterum pro peccato suo
vel pro originali filie, quia filio in circumcisione
dimissum erat. hebrei tamen puerulos non habent peccatum in
traduce. p(ro)pterea(?) sicut dicit Josephus primogenitum redimunt
v siclis. De lege data leprosis. xiii^o

Legem quoque lepre tradidit eis dominus. Sunt
autem iii genera lepre, in cute, in capillis, in veste,
in domo. Lepra cutis consistit si fuerit in ea
albor id est pallida albedo, vel pustule vel cicatrix, maxime si fuerit alba vel subrufa. ita quod
si locus lepre humilior sit carne reliqua. Lepra
v(er)o capillorum si mutati fuerint capilli in candorem, et solito tenuiores. Lepra vero in capillis
allopicia dicitur. fluentibus sane capillis, si in calvicio vel recalvatione albus vel rufus color
inventus fuerit plaga lepre est. Adducto itaque leproso ad sacerdotem sine cuius arbitrio non
excludebatur. si lepra nondum ei perspicua fuerat
recludebat eum (id est domo sua) vii diebus. Quibus expletis si
non crevisset lepra iterum recludebat eum vii aliis.
Quod si nondum creverat mundabat eum id est mundum
iudicabat. quia scabies erat et lavabat homo
vestimenta sua et mundus erat. Cum v(er)o perspicua erat lepra, separabatur id est inmundus iudicabatur
ad arbitrium sacerdotis. et habebat vestimenta dissuta id est scalia(?) ad induendum vel exuendum vel
solam vestem exterius sectam ut sic cognosceretur et caput nudum ut posset agnosci. et os veste contectum ne forte fetorem loquendo diffunderet
et habitabat solus extra castra. ita ut a mortuo nichil differre videretur. patet ut dicit Josephus
illos irrisores. qui dicunt moysen lepra fatigatum et filios israel cum eo (propterea) fore mentem dicere(?) venisse in cananeam cum eis, cum ita quod in minores dicat leprosos
allopecias vel alopecias dicunt.

[illegible] p(ro)p(ter)ea fuisset leprosus non etiam
in minores eius fuisset

h(abi)tus sit qui maxime cura indigeret. (vel) Lepra v(er)o vestis laneo vel linee vel pellis erit macula albida vel rufa. humilior superficie reliqua. quia corrosiva
est. quam cum apparebat considerabat eam sacerdos. si
perspicua erat, comburebatur vestis. Si dubia recludebatur vii diebus aliis. Si adhuc dubia erat
rumpebatur illud a solido. si tamen iterum alibi macula
apparebat, lepra volatilis erat et comburebatur
vestis. Cum v(er)o sunt macula apparebat in domo
corrosiva, prius precipiebat sacerdos omnia de
domo efferri. considerans quod maculas in pariete
pallore vel rubore deformes, et humiliores
superficie reliqua. claudebat hostium domus vii
diebus. post quos si invenisset crevisse lepram
iubebat erui lapides leprosos. et proici extra
civitatem et domum radi intus per circuitum
et pulverem rasure spargi extra urbem in locum inmundo et alios scilicet lapides substitui in domo. et
luto id est cemento alio liniri domum. Quod si iterum redierit macula lepra perseverans est. et destruebatur
domus et ligna et lapides et pulverem extra oppidum proiciebantur in locum inmundum. De mundatione leprosi.

Quod si leprosus mundabatur revocabatur ad viii^o
communem habitationem. sic veniebat ad introitum castrorum vel oppidi. habens secum duos passeres
vivos, quibus licitum erat vesci. lignumque cedrinum
et ysopum et vermiculum filum scilicet coccineum. et aquas (de fonte)
viventes in vase fictili. et occidens ei sacerdos immolabat passerem (unum) unum. stillansque sanguinem super aquas. Aliumque vivum ligans filo coccineo cum ysopo consummitate lignum cedrinum quod fasciculus
aspersorium tingebat in aquis rubicatis illud
aspergens hominem septies. dimittebatque passerem vivum avolare in agrum. Cumque lavisset homo
vestimenta sua. radebat omnes capillos corporis
sui capitis et lotus aqua ingrediebatur castra.
dum taxat ut maneret extra (ipsum) tabernaculum. (septem) (in aliquo extra castra forte ad hoc deputato)
vii diebus. Septimoque die rasis omnibus pilis corporis et superciliis lotis quoque vestibus et corpore die
octavo tollebat duos agnos immaculatos et
ovem anniculam. et tres decimas simile conspersas oleo. et olei sextarium. et offerebat omnia ad ostium
tabernaculi. Tunc sacerdos immolabat agnum
unum pro peccato delicto. et sumens de sanguine ponens super extremum auricule dextre hominis. et super
pollices manus dextre et pedis et de olei sextario mittens in manum sinistram et tingens pollicem dextrum in oleo. aspergebat septies contra tabernaculum. reliquum olei quod erat in sinistra fundebat super extrema auricule dextre hominis et super
pollices manus et pedis dextri id est super sanguinem
quem prius infuderat. et super caput eius et rogabat

quia in sermone generali intelligendum est
etiam quia pro peccato fragilitatis offerebatur

sacerdos pro eo | faciens aliquem ad hoc specialiter in-
stitutam orationem | et faciebat post sacrificium pro peccato
et post hec immolabat holocaustum | cum libamentis su-
ponens illud in altari. Et nota quod hic propter distin-
guit sacrificium pro delicto | cuius signo invitus est
homo. et sacrificium pro peccato de quo nichil ei fecisse est
visum et moyses dixit. Hec quasi distinguens ita pri-
mum ad sacerdotem. | hostia pro delicto | sicut pro
peccato. Cum autem distinxisset agnum pro delicto nec
distinxit quod aliorum pro peccato aliud holocaustum
fieret | dimittit in arbitrio sacerdotis esse de agno et
ove ut alterum pro peccato alterum in holocaustum fa-
ceret quod vellet. Quod si manus eius hec invenire
non posset. agnus tamen pro delicto et olei sextarium
non minuebatur | quia ex hiis purificabatur. homo ut prius
sed pro ove et agno reliquo offerebat par turturum
aut duos pullos columbarum | quorum unus pro peccato alter
in holocaustum fiebat | et decima similae olea-
te in sacrificium. | De viro spermatico et muliere emor-
roissa.

xv **V**ir qui patitur fluxum seminis. Addidit dominus de viro | Proissa
patiente fluxum seminis. qui tunc immundus
fuit vitio subiacens | sed super morita adhesit.
carni et torreruit, humor seminis | quod licet nolens
effudit. ex corruptione talis immundus immundum
reddebat quod tangebat. | lectum suum vestem suam
sedem. et sagma sive quod sedebat | id est stratura asini.
Vas fictile quod tangebat frangebatur. ligneum
lavabatur. Qui tangebat lectum eius vestem aut
sedem. uel super quem ipse salivam iaciebat | lavabat
vestimenta sua et erat immundus usque ad vesperam
Cum autem sanatus fuerat numerabat vii dies | post munda-
tionem sui et lotis vestibus et corpore in aquis
viventibus mundus erat. | die autem octavo offerebat
par turturum aut duos pullos columbarum | et faciebat sacerdos unum
pro peccato et alterum in holocaustum. Eadem lex erat
in immunditie et purificatione mulieris patientis fluxum
sanguinis. De morbo similiter eiusdem immunditie erat
mulier menstruata | sed non purificabat. solempniter
sufficiebat enim eam cum vestibus ablui. morbi
de enim immunditie | solet pro peccato accidere et pro peccatis et
pro peccatorum satisfactione offerebat | et non pro menstruo
quia naturale est. | Nota quod accedente ad menstruatam
immundus erat vii diebus post purificationem ei concedit. Quod
de uxore tangente accedente intelligendum est. | Infra
utrumque primum dicit quod decimum est si fiat ex industria
| et mirum quia legittime et cognoscente uxorem
noluit dominus lavare vestem et omne corpus et esse
immundum usque ad vesperam et de uxore eodem modo.
De vitula rufa et hirco emissario et emundationibus a-
lte locutus est dominus ad moysen. | Loquere | Proissa
ad aaron ne omni tempore ingrediatur sanctuarium
quod est intra velum ne moriatur. quia in nube apparebo

septenes

super oraculum. | nisi fecerit hec que secuntur. | Non est intelli-
gendum ut quociens vellet intraret. Fiat |
intraret. Sed tamen decima die septembris in-
trat et primus tamen hoc faciet. | Hec dies sollempnis
erat in israel et dicebatur propitiationis pro omni
peccato. uel quia agebatur ea die cuius expi-
ationis | sicut dies iovis. sancta quo fecit christus
consistit | et pro peccatis totius anni sollempnibus uel ignoran-
tiis ea die fiebat oblatio | Dicebatur et afflictionis
quia eadem die ieiunabat puer iuvenis et homines
usque ad vesperam et agebatur ea die memoria
mortuorum. | Dicebatur et dies expiationis quia ea
die purificabatur totum tabernaculum | et altaria pro
sanguinis aspersione a contagiis que contraxerant
per totum annum. ex peccatis ministrantium. Ea die tolle-
bat summus sacerdos de populo | vitulam rufam
etiam immaculatam que non traxerat iugum. | Ne
turbentur si quis vitulus nominetur. | Sumebat
quod ad vii misse institutionem duos hircos pro peccato
et arietem unum in holocaustum. | Cum lavaret
se induebatur lineis tamen | secundum ritum minorum sacerdo-
tum. oblationesque talibus faciens omne. Propterea | pro se et
domo sua statuebat duos hircos in ostio ta-
bernaculi. mittebatque sortes super utrumque | quia
sciret quis domini esset et quis populi fieret. | Hec est cre-
dendum quibusdam qui dixerunt. id est mitti sortes ut
sciret quis domino immolandus esset. | Quasi dicat
mittendus ei in solitudine cum peccato. lex enim
immolare nisi deo non admittit. | Et tunc cuius sorte
exigebat populo refutabat vivente. Domino of-
ferebat illum pro peccato populi. et sorte dicebatur hic
est pro peccato. cuius sors exigebat populo refutabat
vivente | immolabatque vitulam pro peccato suo
et domus sue. | Tollebatque de sanguine hirci et
vitule et thuribulum plenum prunis. intusque tol-
lens timiamatis | ut nebula et vapor oppri-
peret oraculum. ne forte visa maiestate
dei moreretur. | Aspergebatque septies digito
de sanguine coram propitiatorio ad orientem | ...
et uno aspergebat pavimentum. similique asper-
sione septena | expiabat sanctuarium exterius
et pavimentum. | fundebatque de eodem sanguine
super cornua altaris aurei. | Aspergebat id est
septies digito expians ita totum tabernaculum
et altare ab immunditiis filiorum israel | et a cunctis
prevaricationibus eorum | id est a contagio quod contrax-
erat in medio peccantium. Nullus quia erat cum
ipso in tabernaculo | cum ipse expiabat. | In hac quasi
in modum semel in anno lavans altaria omnino
et nota | quia hic legitur sacerdotes egredi de oraculo ad altare
et sic patet quia erat exterius | Nota potest dici cum e-
gressu ad altare coram tabernaculo cum duc-
mittebat filii hircum tam
in porebat tymiama

gradit

hic ad altare quod est coram domino. et post hanc ex
piacionem egrediebatur sacerdos. ad hircum vi
uentem. ponensque utramque manum super caput
eius. confitebatur omnes iniquitates filiorum israel. et
peccata eorum capiti eius. Ponens quasi ut dicunt
quidam cartam in scripta peccatis populi super caput eius
mittebat eum in desertum per hominem ad hoc pa
ratum. Tradunt hebrei quosdam pueros ad hoc
spatium parari medicamentis genus splene abst
racto. ut sic expediciores essent ipsi. et peccatis illius
anni que per ignoranciam uel fragilitatem commissa
erant. que secum ferebat hircus. Ideo quia emittebatur
non rediturus. apopompeus. id est dicebatur. latine
emissarius. Cum autem atrium hominem dedux
erat cum hirco extra castra. redibat ad taber
naculum testimonii. Depositisque uestibus li
neis. in quibus expiauerat tabernaculum. et
emiserat hircum lauabat carnem suam in loco
sancto. et induebatur uestibus suis scilicet pontificalibus
et preciosis. et offerebat arietem in holocaustum
et adipes uitule et hirci pro peccato renesque
cum renunculis. In hunc modum pontifex cum
stetit in aspersione basilice quam dedicat. qui
in expiacione lineis maioribus et minoribus ue
stibus indutus. Cum autem hiis peractis ad ministra
cionem accedit altaris. pontificalibus et preciosis
uestibus infulatur. Vitulum autem et hircum de quorum
sanguine facta est expiacio ferebant extra castra
et comburebant igni tam pelles quam carnes eorum
et fimum. Faciebat que sacerdos quod illa uorabat
in igne. Prius mutatis uestibus et resumptis
uestibus propriis lignum cedrinum. ysopum et coccum
bis tinctum. quia hoc in purificacionem ualebat. et
tunc rediens lotis uestibus et carne sua in
grediebatur castra. et erat immundus usque
ad uesperam. sed et ille sacerdos qui remanebat
ad ignem ut consumi faceret omnia usque ad ci
nerem. non nisi lotis uestibus et corpore intrabat in
castra. et immundus erat usque ad uesperam. Sed et
tercius sacerdos. qui colligebat cineres fundatos
ad aquas aspersionis. non nisi lotus intrabat ca
stra. et immundus erat usque ad uesperam. Ex hiis
cineribus fiebat aqua aspersionis. que precipue
anima purificabat immundi. Non difficile est
inuenire cum hic cinis fiat ad purificandos im
mundos. cur illi qui eum tractabant ut dictum
est immundi erant. Cum est dominus hoc sacramentum quod sanc
tissimum religionis uictime expletur. Sed et
qui caprum dimiserat in desertum. similiter immundus
erat. de quo tamen facile est inuenire racionem. est
et uel similiter hos cineres factos. annuatim ut in

fit crisma. Quidam tamen hebrei dicunt eos ualu
isse et durasse per plures annos. nec factos nisi
cum deficiebant. De purificacione immundorum.

His cineribus purificatur immundi in hunc
modum. Si quis tangebat cadauer hominis
mortui in tabernaculo uel in agro occisi aut per se
mortui uel sepulcrum eius immundus erat vii di
ebus. Tabernaculum in quo mortuus est homo et uniuersa
que in eo erat uasa immunda erant vii diebus. Tollebat
que uir mundus cineres combustionis mittebatque super eos
aquas uiuas. tingebat ex eis ysopum et asperge
bat ex eo die tercio et vii° tectorum et omnem
supellectilem et homines huiusmodi contagione pollu
tos. et lotis uestibus et corpore mundi erant. Si die
tercio non fuisset aspersus immundus. die viii° mundabatur.
Si quis autem non sic expiabatur peribat de medio
israel. quia polluebat sanctuarium id est quod in se erat eius
peribit de israel. quia peccauerat. et arcebatur ab in
gressu loci sancti. Sed et ille qui purificabat immundum
aqua hic quia tetigerat cineres. lauabat uestimen
ta sua et immundus erat usque ad uesperam. De immundi
ciis uero quibus immundus erat homo per diem tantum per
illusionem nocturnam. uel qui dormierat cum uxore
non credimus hiis cineribus expiatum sed ad minus
de immundicia vii dierum quia die tercio et vii° legitur
facta talis expiacio. De expiacionibus que fiebant
cum muneribus oblatis ut supra dictum est et de uiro
spermatico et de muliere sanguinaria. quia legitur eos
nutare vii dies. et acto purificati credimus die
tercio et vii° hiis aquis expiatos. De personis ex
cludendis et de filiis conclusis a matrimonio.

Gustis multitudine preceptorum recapitulando
predicta et super addendo noua de quibus non in illa
lapides ad certum iacientes ut capillum quoque possent
percutere. Et ascendens exercitus israel in Sylo
consuluit dominum. Quis ascendet princeps contra filios
beniamin. Et respondit dominus Judas. Hic forte videtur
esse secundum iosephum de tempore huius cladis [illegible] in ex

Id est ad decetos

pugnaverunt gabaa. Et secundo die egressi filii be
niamin de gabaa. prostraverunt de israel xviii
milia. Sequenti vero die [illegible] id est tercio die insidi
as deuicti ceciderunt. Et incenderunt urbem fi
lii israel. occidentes viros et mulieres et parvulos.
Idipsum facientes aliis civitatibus in beniamin de
omni vero beniamin soli dc. remanserunt qui fu
gerunt in petra remmon. Et planxerunt planctu
magno. Juramento insuper iuraverunt filii israel in

V xxi°

masphat. quod nullus eorum filias daret suas uxores
filiis beniamin. Tandem penitentes de deletione
tribus unius reversi sunt quod de filiis israel non ascen
derant cum eis nec iuraverant et inventi sunt viri ia
bis galaad non interfuisse certamini. Et percusserunt
eos a viro usque ad mulierem solis cccc virginibus re
servatis et adductis. Sexcentis viris de petra re
mon reddiderunt eis sortem beniamin. Et cccc
illas virgines dederunt eis in uxores. Et consilio
inito de ducendis uxoribus cc qui remanserant. dix
erunt eis. Ecce sollempnitas domini in Sylo est. Et ascen
dent filie israel. ducentes choros et vos latentes
in vineis exite et rapite singuli singulas ux
ores et factum est ita. Et restituta est tribus beniamin.
In diebus illis non erat rex in israel sed unusquisque quod ei
rectum videbatur faciebat. Eadem est clausula que
et supra. Ideo forte videtur quod eodem tempore utrumque fieri
fuit. Incipit historia Ruth.

Post sampsonem iudicavit israel heli
sacerdos qui dignitati officio agnominatus

Quintus vero [illegible] iudex fuit sacerdos

est. translato sacerdotio a filiis eleazar
Et phinees de filiis ithamar accepit
sacerdotium. In diebus illis facta est fames in terra
et surrexit abimelech de bethleem effrate cum
uxore sua noemi et duobus filiis suis maa
lon et chelion. Et ingressus est regionem moa
bitide ut pasceret ibi. Quo mortuo filii eius
duxerunt uxores moabitidas orpham et Ruth.
Tamen iosephus dicit quod pater filiis suis accepit uxores
et manserunt ibi x annis. Et mortui sunt ambo sine
liberis. Noemi vero vidua et orbata filiis surrexit
ut iret in patriam. Audierat enim quod dominus de
derat populo suo escas. Et comitabantur eam nurus
sue. Que ait ad eas. Redite filie mee

in domum matris vestre. Non enim ultra potestis sperare
re viros ex utero meo. Nota quod apud moabi
tas lex habebatur de semine suscitando. Et osculata
est orpham et reversa est. Ruth non separabatur ab ea.
Cui noemi. Audi filia. Non est deus tuus sicut deus
gentium. Nec populus noster sicut populus tuus ritu gentium vivit. Ex
pedit ergo ut redeas ad populum tuum. Et ad deos
tuos. Et ait Ruth. Populus tuus populus meus deus
tuus deus meus. Profecte sunt simul et venerunt
in bethleem que prius dicebatur effrata. Ab uxore
caleph. Hec fuit maria soror moysi secundum quosdam
translata est de heremo que postquam pausata est secundum
agnominata est effrata. id est furorem vidit. id est iram
dei expertam agnovit. vel mater speculum quod
plaga eius omnibus posita est in exemplum. Josephus tamen dicit
quod caleph suscepit de effrata. Vel virum ma
rie. id est vir aut beseleel secundum tunc primo per incre
dibilem ubertatem sibi reddita cepit nomen
bethleem quod est domus panis. Percrebruit fama
in bethleem et dicebant. Hec est illa noemi. Quibus
illa. Ne vocetis me noemi id est pulchram sed vo
cate me mara quod est amara. Egressa sum ple
na sed vacuam reduxit me dominus et amaritudi
ne plenam. Et tunc primo ordea metebantur. Erat
autem ibi vir potens et opulentus booz consanguineus
elimelech. Intravit itaque ruth agros illius
de voluntate noemi et colligebat spicas post
metentes. Accidit autem ut booz egrederetur in
agrum. Et ait messoribus. Dominus vobiscum. Et ait
quesivit cuius esset hec puella. Et dixerunt. Hec est mo
abitis illa que venit cum noemi. Et ait booz
ad eam. Filia ne vadas in agrum alterius [illegible]
puerorum molestus est tibi. Si sitis vade ad sar
cinulas et bibe. Hora vescendi veni huc et
comede et intinge buccellam in aceto.
Reddat tibi deus israel mercedem quem confugisti
sub alas eius. Puerisque suis dixit. Proicite de [illegible]

Collige manipul[illegible]

manipulis vestris de industria ut absque rubore
colligat. Cumque comedisset ruth ad latus messorum colle
git polentam quam iosephus alphitam vocat et con
servabat eam socrui. In vespera quod collegerat vir
ga excuciens invenit ordei quasi ephi id est
modios tres. Cumque redisset ad socrum indica
vit ei quod sibi fecerat booz. Et ait noemi. Propin
quus noster hic vir benedictus sit a domino. Idipsum fecit ruth
sequentibus diebus usque ad aree ventilationem.
Mos erat in israel quod in ventilatione domini aree
cum suis convivium parabat pueris suis et messo
ribus suis et dormiebat in area. Et a [illegible]
tempore illo abstinebat ab amplexibus. Idipsum
fiebat in tonsione ovium. Sicut post vindemias
fieret non legitur. Et ait noemi ad ruth. Lavare

polenta est [illegible] farina subtilissima redacta
in exiguis novellis [illegible]
farina panis delicatus fit quod alphita dicitur

Primus liber Regum

filia et ungere et induere cultioribus vestibus et
in aream ascende cum aliis, non te videat ho
mo donec inebriatus fuerit. Cumque obdormierit
proicies te ad partem pedum eius et ibi iacebis.
Et fecit omnia que socrus imperaverat. Et ecce media
nocte evigilans homo expavit et dixit: Quis es?
Et illa: Ego sum ancilla tua. Expande palliu(m)
tuum super me quia propinquus es mihi. Cumque indicas-
set ei booz in talibus derogationibus [i. sollicitudinibus] existima-
te esse servandam addidit: Alius propinquior me
est. Si te voluerit iure propinquitatis bene res
acta est. Alioquin ego te suscipiam. Vivit dominus.
Surrexit itaque booz de loco ubi iacuerat. Ut
agnitionem manipulorum antequam homines mu-
tuo se cognoscerent. Et impleuit palliolum illius
ordeo quasi vi modiis. Et rediens ruth ad so-
crum omnia indicavit ei que dixerat ei booz.
Ascendit ergo booz ad portam et sedit cum iudicibus
et voluit x de senioribus civitatis et advo-
cavit illum propinquiorem. De quo dixerat. ait ad
eum: Partem agri patris nostri elimelech vendere
disposuit noemi. Nos duo soli propinqui sumus
sed tu propinquior es. eme eam si placet. At ille ego
emam. Cui booz:
Ergo non ex media
parte [oportet] te legum
te habere mediatam.
hereditatis est et ea quoque
relicta maalon
ut suscites semen
propinqui. At ille ait

Secundum pelusiensem dicit iosephus quod in diebus
elimelech sol stetit ad
tredecim successores legis.
Sed quia non timuerunt deum tanta
fames invaluit ut potior
in ebron iuda terra famis esset
tandem fugerit exul penitus
cum uxore et liberis.

Cedo a iure propinquitatis. Tu utere privilegio
meo. Et ait booz: Tolle calciamentum [tuum] ut fir-
ma sit concessio. Solvit ergo booz itaque testifi-
catis senioribus. iuxta morem ut calciamentum
eius solveret. Secundum legem et in faciem eius spueret.
Iosephus vero ait: Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti sol-
vere. Ex hiis ergo comicie quod secundum diversos casus quia
ipse repudiatus solvebat et calciamentum. quia
vero mulier solvebat ei. quia vir que suscipiebat
secundum quotiens non fieret. Iob hoc repudii contra legem
domus eius dicebatur domus discalciati. Et ait
booz astantibus: Huius rei testes estis. Qui dix-
erunt: Testes sumus. Faciat dominus hanc mulierem
sicut rachel et lyam que edificaverunt do-
mum israel. Accepit itaque booz ruth in uxorem
et post annum natus est ei filius. Quem posuit noemi
in sinu suo nutricis et geruli fungens officio
et dixerunt adeam vicine congratulantes: Ecce hic
qui nutriat senectutem tuam et filiat est plus quam
vii filii. Quem hoc vocavit nomen eius obeth quod hebraice
interpretatur serviens. Hic est pater ysai patris david.

Finis capitulorum Iosue et Iudicum. Sequitur
capitulum libri regum. ewangeliorum.

Liber regum in iiii voluminibus distinguitur
apud nos. Secundum hebreos autem in duos et dicitur
primum samuel a nomine auctoris. Secundum vocatur
malachim id est regum a materia. Quidam autem
vocant malachot quod sonat regnorum. Sed melius le-
gitur. Non enim in eo de uno regno iudeorum tantum et de
regibus eius licet in duo divisum fuit. Dicitur etiam
b[ible] cronice liber iste. sub singulis regibus que con-
pactus est in unum a ieremia. quod ex inde patet.
quia idem est finis huius libri et ieremie. Ad con-
mendationem autem samuel premittitur, unde a patre
eius in hunc modum. De parentibus samuel

Fuit vir unus de ramatha sophim de mon-
te effraim et nomen eius helcana
effrateus. Vir non pro hoc non pro sexu.
sed pro vigore virtutum. Unus non pro uno
sed pro singularitate religionis pre aliis. Dicitur autem
civitas eius ramatham que in evangelio arimathia
dicitur. A iosepho dicitur ramath quia in excelso sita
erat. Sophim vero speculatorum id est prophetarum locus
id est speculatio interpretatur. Ubi erat cultus eius. Et si diceret
de ramatham speculationis. quia ex eo omnes civitates
regionis longe videri poterat. Ramatham
sonat duo excelsa. quasi dicit de ambobus excelsis fuit
helchana. scilicet regali et sacerdotali sic tradunt hebrei
alii distinguunt de ramatha in sophim. Sophim
speculatorum id est locus prophetarum. Iste est effraim non montis vel civitatis
sed regionis. Unde in sequentibus: Ubi agitur de xii prefectis
regionum que ministrabant salomoni per singulos
menses. Primus bethar prefectus montis effraim. Fuit
autem helchana levita nonus decimus a levi descen-
dens ab eo per chaat et ysuar et chore unde patet
quod samuel non fuit aaronita et dicitur effrateus id est
bethleemita. Fuit enim secundum matrem de ebron iuda.
Unde postea posuit samuel unum de filiis suis
iudicem in bethleem tamquam inter contribules. Et no-
ta quod quidam ea nomina distinguunt sic. Effrateus di-
citur ab effraim [duo] prophetis. Ephrateus ab ephrata
per ph. Eufrateus ab eufrate quod est frugifer per prologo
et est ut dicunt communiter iudei ad eufraten.

Habuit autem helcana. De ortu anne in sylo
duas uxores. nomen uni anna et nomen secunde fene-
na. Et cum debuit dicere alius de uxoribus duabus
dixit. sede in uxores quia licet pares essent in uxoris
nomine. tamen non similiter erat in amore viri. Erat autem
anna pulchra sed sterilis. Fenenna vero fecunda et
ascendebat vir ille tribus statutis diebus secundum legem moyse
in sylo ad adorandum. Erat autem in sylo duo
filii heli ofni et phinees sacerdotes. Cumque im-
molasset elchana. dedit fenenne et filiis
et filiabus partes. Anne autem dedit unam partem.
eius

In prologo de ... compactus ab ezechia.

tristis. Quida putat deim ee h' de uestibz no
uis quas distbuebat uxoribz t liberis in die
festo. s3 mg putadu dem ee. de ptibz sacficioz
q contingebat offntes. qs tagm scas leuite
cetis distbuebat. Hebreus pmo mg vi sonare
dedit anne missione vna. duplice. q vna
pte equipollebat. duabz. Porro anna tristis
erat p sterilitate. t n sumebat cibu t egssa
e ad fores thabnacli ut oraret. Hely sedente
an postes. ut qretes osiliu patu eu iuenis
ret. t flens anxt uotu uouit dno. Dne deus
exercituu si dederis m seyu virile dabo e eu
nazareu omibz diebz uite sue. t attendes hely
motu labioz uocecz n audies estimas temu
lenta ait. dixe pelisse vinu q mades. C
rnt sequent dne. s3 mlr infelix e9 su. usq
ad huc ora p ancilla tua. t intelliges hely ster
lem ait. det e dns deus petitom tua. hebus
h3 dabit. vn mlr ex pmissioe sacdotali se
cura abijt. vultus q3 illius n sut ampli i di
uersa mutati. i. aium9 ei9 n e demceps distrac
tus. i uarietates dubitatois. Porro samuel

Et fem e ut peret filu t uouit no ei9
samuel. i. postulat9 dei. qz a deo postulatu
acceperat. nc ascendt mlr cu viro in sylo don ab
lactaret filiu. t eu ablactatu duxit in sylo. cu
uitulis trib3 t trib3 modijs farine. t t anfora
vini. q e mesura tu modioz. nc attulit simu
la t vinu ad libandu tm. cuq3 in libaminibz vi
tulor pauciora sufficient. pptr eu n n vnu vi
tulu optulisse intelligendu e. q residuu dedt
domui sacdotu. Porro miru vi ee puu bi
mu. q uouit ablactatu adductu ee ad mi
stradu in thabnaclo. pptea quida dicut tres
ee ablactatoes. pma e a lacte mamille. q ft
iij anos. sc a lacte infancie. q ft viij vl x. alact
te puritie. q fit xx. t sic amouet puer a nu
trice t pedagogo. t a timore. Prout g. qda
eu adductu post s3a ablactatoz ad i buedu
trs. vn inseptibz legs. q p singlos anos mit
tebat ei mr tunica pua. Alij dicut q pa taut
ablactatoz. q ia ydonea ad ministrandu. vn stati
se. puer au erat mist9 in cospcu dni. Cuq3 ob
tulisse puz hely. ait ana. Viuit aia tua dne
E. su mlr infelix p quo orasti. t ecce fili9 q
dedt m dns. Pen9 erat iusiurandi p osfirmatoz
q d. p aiam tua dne. Quida tn qnz p execra
tom dici putat ut. i innuit aia tua vexe si no
ui eu. t orauit ana dix. t dixt. Exultauit cor
meu t. Cantica tn pphe e n oro. t gemet ea h'.
cantica. pra e gru acto p bnficijs o pstitis.
s e tuetto in suplos occasione fenene ut i
solite multiplicare loq. 30 pphat de regno t.

ut i dns iudicabit fi e. Qd au in cantico leg
donec sterit pepit plu. t q mlr. he. fi. mr. e
hebreus h3 p plimos. vn t p in fmatta (?) e9
e. t tradit. q singul anne filijs nascetibz
singuli fenene fili moriebant. i v. filijs ane
duos filios samuel conuat ut sint vij de
dne helcana t domu sua t ministrabat samu
el an hely. t d io anno xij et plene pphe

Porro filij hely. tasse de filijs hely
nescietes dum pte sacerdotale de sac
ficijs anqm adoleret adipe tollebat ab offe
rentibz cruda ut lauici9 e paret t mitebat
puer sacdotis fuscinula in olla t q q leua
bat fuscinula erat sacdotis q n erat porro
s3 rapina. Samuel au ministrabat facie
ephot lineo n sacdotali s3 pplico. t tunica
pua afferebat ei mr singul anis t uisitabit
ana dns. t hut tres filias t duas filias.
Hely au erat senex ualde. t audiuit pcta
puoz. q dormiebat cu mlribz excubatibz
an tabnaclm t eas q venerat ad purificat
du polluebat. Quida tn uolut q n miscebat
mlribz s3 pecunia corrupti concedebat mlribz
licenciam commiscendi uiris suis infra dies pu
rificatois. Venit t pr dixe eis. i. sfredi facitis
pp'li dei. t tepide arguebat eos. Ve au vir
dei. i. angls s hebreos. ad hely t ait adeu
loqes locut9 su. ut dom9 pris tui ministraret
in etnu. Absit h' a me. s3 honates me glo
rificabo. t cotepnites abiciam. Ecce pcida bra
chiu dom9 pris tui i. aufera sacerdociu de
manu tua. p quo debeba ei annus dext.
t uidebis emulu tuu in teplo. q fem e in diebz
salomois. au sadoch. qui fuit de eleazar. ffc
e sacerdos. abiecto abiatar. q fuit d ithamar
Quida tn autumat sacdocu tnslatu esse
ad samuele. q n fuit aaronita. qz nc legi
samuele fuisse sacdote. nc aaronitas ama
tos a sacerdocio. usq ad tpa machabeoz q
au add' uir dei. marg. Hebri autumat hic
ps dom9 tue morietur. i. uix fuisse phmees
pletu e pximo. qn occi. i hely. ee puit
buerut filij ei9 i bello. ul t h dicit fuisse hely
qn saul sacdotes nobe c an tpe samuel s
fecit t in sig futu. ob hoze samuel
uitatis pdixit ei una die filios ei9 morituros.
porro in diebz ill eat pmo dni pcsus i. rar
Factu e aut. de uocatoe samuel. Anno
t hely iacebat in loco suo. t oculi e9 cali
gauerant t n poterat uide lucna. anqm ex
tingweret. q miru vi. sio e eni qo adeo
so potat uide. qn lucna acndda eat ne ex
tinguet.

ij n

tenuities. quia clarius uideat lucernam ardentem quam
extinctam. propterea cum caecitates oculi clarius uideat ad lucernam quam ad diem. Quidam sic distinguunt. Non poterat uidere lucernam dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat. Sed hunc sensum videtur contrariare hebreus qui distinguit. i. sic poterat uidere et subiungit lucerna domini nondum
extinguebatur. et sic patet sequentia. Samuel autem dormiebat in templo domini. i. in thalamo iuxta tabernaculum
ubi solus cum hely sacerdote dormiebat. Cumque
uocasset eum dominus. cucurrit ad hely dicens. Vocasti
me. qui dixit. non uocaui te. sed tu es intitus. et ait hely.
Non uocaui te. Reuertere et dormi. Et fecit ita.
et ait. dormi fili. Nondum enim samuel sciebat
dominum. i. non habebat consuetudinem audiendi dominum.
Cumque uocasset eum tercio. iterum abiit ad hely. et intellexit heli
quod uocasset eum dominus et ait. Si deinceps uocauerit
te dominus dices. Loquere domine quia audit seruus
tuus. Cumque uocasset eum dominus dormientem. dixit loquere domine. Et ostendit ei ea quae comminatus est in
domum hely. quam prius fecerat per uirum dei. Non tamen
putandum est irritam factam esse promissionem. quam
fecerat dominus aaron. de sacerdocio sempiterno
promissionibus enim huiusmodi. semper addenda est condicio
quam posita ut in. Si custodierint filii tui testamentum meum etc. Dicit Josephus illum. xii. annorum samuelem
ter uocasse. ut prefiguraret tres ipsius futuras
dignitates. fuit enim propheta. quod ab hoc uocatione
dicitur eum hausisse. fuit et iudex. obtulit quasi sacerdos.
Et eo quod puerulus esset ietaboth nepos hely. Mane
adiurauit heli samuelem. ut indicaret
ei omnem sermonem domini. et indicauit ei omnia.
Et ait hely. Dominus est. Quod bonum est in oculis suis
faciat. Creuit autem samuel. Et cognouit universus israel quod fidelis samuel propheta esset domini.
Et consuluit eum omnis populus. xii. annorum domini. Precepit ut dominus ut abirent diuinos et ariolos
et huiusmodi. et suscitaret a fratribus suis. uerbum domini.

iiii Et factum est De morte heli et filiorum eius in tempore
conuenerunt philistei ad pugnam. archem
in mesphet. quod dicitur locus pertinens ad iezrael
quam uocat josephus ciuitatem amphcolemtis
israel egressus est. in plurimi iuxta lapidem adiutorii. quod prelempsim postea dictum patebit. et uictus est israel. Et ceciderunt de eo. quasi .iiii. milia
virorum. Et seniores dixerunt. Afferamus de silo
archam domini sedentis super cherubin. Dicta quia arca
domini. i. appellabat. Et tulerunt archam. et uenerunt
cum ea duo filii hely. Ofni et finees. qui fungebantur
officio patris sui. et acceperant mandatum ab hely.
ne rediret ad eum sine archa. Et timuerunt
.i. apparentis super cherubin duobus id est dan
est. sicut in psalmo Qui sedes super cherubin

philistiim. et acrius pugnauerunt. Fugitque israel.
et cesa sunt ex eo. xxx. milia peditum. et archa
domini capta est in sylo. et duo filii hely mortui sunt.
Cucurrit autem puer beniamita. ex acie et indicauit
in sylo quod factum fuerat. Hely autem sedebat contra
uiam. quae ducit ad castra. spectans. i. auscultans.
Iam enim cecus erat. ut tradunt hebrei. et non cecutiens. Qui audita strage populi. et morte filiorum
quieuit. Cum audiuit captam archam cecidit retrorsum et fractis ceruicibus exspirauit. Nurus
autem eius uxor finees. pregnans erat. et pre dolore
menstruauit se. et peperit filium. vii. mensium. ut dicit
josephus. et uocauit eum ietaboth. i. inglorium dicens. Translata est gloria dei de israel. Porro heli iudicauit israel
xl. annis. cui concordat josephus. lxx. uero in palup. dicunt. xx. Potest tamen dici quod post sampsonem. xx. annis fluxerunt sine iudice quibus congregati sunt anni
quibus iudicauit samuel et xx. anni heli.
merito sui. sed uerius anni samuelis et annis saulis
asscribuntur. Sane potuit fieri. ut heli factus iudex.
transtulerit sacerdocium de domo eleazar. Eleazar quidem successit finees. cui successit abiezer
et translatum est sacerdocium. In diebus heli fuit rex
latinus siluius. Postumus filius enee latinus
et quo deinceps silui reges latini dicti
sunt. Hic ascanius heredem reliquit. adhuc puulo
suo filio iulio a quo iuliorum familia originem duxit.
nomen filii hectoris filii ilium receperunt
expulsis posteris nestoris. De remissione
arche. Tulerunt philistiim archam domini in azotum.

Posuerunt et statuerunt eam iuxta dagon quasi
tropheum. Et surgentes diluculo inuenerunt dagon prostratum in terra ante archam. et quasi adorantem ut dicit josephus. Et restituerunt eum in locum suum. Rursusque mane sequenti inuenerunt
eum prostratum. caput uero et manus eius abscise a trunco iacebant super limen. Ob hoc nullus ingrediens
templum in azoto calcat super limen usque in hodiernum
diem. Et agrauata est manus domini super azotios. Percussit eos in secretiori parte natium. et computrescebat prominentes eorum extales. Dicit josephus dicit factum
ex crudeli passione dissenterie ita ut putrefacta egereret intestina. Et mures surgentes de
agris corrodebant extales eorum. Et satrapis consentientibus dixerunt. ad eos. Quid faciemus de archa domini.
Qui dixerunt. Circumducatur. Circumducentibus autem eam dominus
percutiebat omnes in posterioribus. Et fecerunt sibi
sedes pelliceas. Et conuenientes principes v. urbium. tractabant quod facturi essent. Et erat quasi dicerent.
causam passionum factam per archam. Alii per casum. alii
per corruptionem aeris et fructuum terre dixerunt

Marginal notes: popacabat; falsi; heli; qui agregatis annis quibus iudicauit heli; claudia tu dicas; xx annos; abiezer; pideera; Tulerunt philistei archam domini in azotum; id est talpe; vi°

autem sacerdotes et divini. Cur aggravatis cor vestrum
sicut pharao et egiptus. Remittite archam sed
non vacuam. Reponite in capsella iuxta archam do-
anuso na v. anos aureos et v. mures aureos pro numero
civitatum que percusse sunt. Josephus tamen dicit v. simula-
cra hominum aurea. Et ponetis archam super plaustrum
novum cui iungetis duas vaccas fetas. quibus non
est impositum iugum. et vitulos earum domi reclu-
detis. Et si quidem per viam ascendunt contra bethsames.
ipse fecit nobis hoc malum. alioquin casu factum est. Et ibant
vacce mugientes in directum non declinantes ad
dexteram neque ad sinistram per viam que ducit bethsa-
mes. et hec est una sacerdotalium civitatum in tribu
beniamin. Est alia bethsames in tribu neptalim.
Porro bethsamite metebant triticum. Et venit
plaustrum in agrum Josue bethsamitis et stetit
ibi et posuerunt archam super lapidem grandem. quem
putant hebrei fuisse aram edificatam ab abraham.
et capsellam que erat iuxta eam. Et conciderunt levite
ligna plaustri. et vaccas posuerunt super ea holo-
caustum domino. Viri autem bethsamite obtulerunt
holocausta et victimas in die illa. Asserunt
quidam. v. tantum civitates esse philistiim. et eo
tantum misisse v. anos aureos et v. mures. sed in
sceptibus [?] stelech [?] le. civitas philisteorum. Verum
melius videtur per dictum ysidori. v. tantum fuisse metropoles
et quamque obtulisse anum aureum et murem. alie so-
lum mures obtulerunt usque ad abel magnum
super quem posuerunt archam domini. Et videtur hec littera sonare
quod abel sit nomen lapidis. super quem fuit posita ar-
cha. Alii asserunt civitatem que tunc bethsames
dicebatur. que postea dicebatur magnum abel quasi magnus
luctus. propter luctum bethsamitarum qui secutus est. Et ad-
ditum est magnum ad differentiam alterius abel. que in septi-
bus abela dicitur. unde sapiens mulier clamavit ad ioab.
interrogantes qui interrogent abelam. Et tunc littera sic quod posuerunt
archam. in magno [?] et percussit autem de bethsamitis
hos viri et l. plebis eo quod vidissent archam nu-
l. milia dam. Credunt autem illi hoc deposuisse archam cum
non essent sacerdotes. Si queratur quare non sunt mortui
philistei. qui viderunt archam per dies. quia non pecca-
verunt videndo. quibus prohibitum non erat videre.
vii Cives autem bethsamite miserunt ad viros ca-
riathiarim. ut reducerent ad se archam. Qui re-
duxerunt eam et intulerunt eam in domum amina-
dab. viri iusti. et eleazar filium eius sacerdotem
instituerunt in custodiam arche. et fuit ibi xx annis
usque ad octavum annum regni saulis. quo tempore tulit
eam in castra. Pascebat autem apud philisteos vi-
mibus [?] et tunc quievit omnis israel post dominum. Ad
orationem samuelis vicit israel philistiim.

Omnes civitates et villule philisteorum obtulerunt mures omnis
magne civitates. usque ad abel. que est atas [?] vicorum.

Quod attendens samuel. et videns eorum fiduciam
in domino ait. ascendamus in
masphat ut orem pro vobis.
Cumque ascendissent in masphat
effuderunt aquam coram domino
in qua maledicta congesta
erant. quia si bibebat ydolatra

de cariathiarim vero transtulit postea archam
samuel in masphat
postea ipse et saul in nobe.
de nobe in gabaa
postea david in domum
obeth postea in syon.
postea salomon in templum.

labia eius herebant forte in signum federis.
sicut fecit Josue. Et iudicavit eos samuel ibi. id est
docuit eos iudicia dei. Quidam tamen asserunt
samuelem quoddam ydolum redegisse in pulverem
et mixtum dedisse populo ad bibendum. et in barbis
eorum iudicasse reos ydolatrie et non reos sicut
quondam fecit moises. Et audierunt philistiim congre-
gatum esse israel in termine in masphat. et armati
ascenderunt adversus eos. et timens israel dixit ad
samuelem. Clama pro nobis ad dominum et obtulit sa-
muel lactentem agnum in holocaustum. Et dum cla-
maret samuel ad dominum. iniciata est pluvia et intonu-
it dominus fragore magno super philisteos et mota
est terra. et per loca patebat hiatus et philistei
in fugam versi. a filiis israel cesi sunt. qui persecuti
sunt eos usque ad terminos terre sue. Tulitque sa-
muel lapidem et posuit eum in terminis. et vocavit
nomen loci illius lapis adiutorii. Nec apposuerunt ultra
philistiim ut intrarent terminos israel donec viveret
samuel. Iudicabat itaque samuel populum in bethel
et galgala et masphat. circuiens per singulos an-
nos. et revertebatur in ramatha. sed et ibi iudicabat
israelem. Tres ille civitates famose erant propter
soporem iacob bethel. et galgala propter circumcisio-
nem factam. et masphat propter frequentiam Josue. Et as-
cendebat samuel ad eos vicissim in tribus sollempnitatibus
ebdomadarum et iudicabat ibi populum. aliis die-
bus ascendebat ad eum populus in ramatha ad iudicandum. Cum israel pe-
viii Factum est autem cum senuisset samuel. teret regem
posuit filios suos ioel et abyam alterum in
bethel alterum in bersabee ut in sedentes iudi-
caret populum. Qui declinaverunt post avariciam
et perverterunt iudicium. Quod non ferens populus dixit
ad samuelem. Da nobis regem. ut iudicet nos
sicut cetere gentes habent. Quod graviter tulit samu-
el. pro insita ei iusticia et contra odium regis. Cumque
consuluisset dominum ait ei dominus. Audi vocem popu-
li. Non te tamen abiecerunt sed me ne regnem super
eos. Verumtamen predic eis ius regis super eos. Et
ait samuel ad populum. Hoc erit ius regis. Filios
vestros faciet suos equites et precursores ara-
tores et fabros armorum. filias vestras faciet
unguentarias et focarias et panificas. servos

et ancillas vestras et iumenta ponet in opere suo.
Oppressos gravabit servis suis. et vos eritis ei servi.
Et ait populus. Non audiemus te. sed erit rex nobis
et pugnabit ante nos. Et ait Samuel. Ite ad
civitates vestras quas nos evocabo. cum cognovero a
domino quis daturus sit ipse vobis regem. De unctione
Erat vir de beniamin Saulis et electione eius. X
nomine Cis. de stirpe Gemini. cui erat
filius Saul. et non erat vir melior illo in Israel.
Cumque perissent asine Cis dixit ad filium Tolle
doech scilicet unum de pueris et quere asinas. Cumque
transissent per montem Effraim et terram Salisa et terram Salim
terram Beniamin et non invenissent et venissent
in terram Suph qui fuit patria Samuelis. ait
Saul ad puerum. Revertamur. ne pater meus sollicitus
sit pro nobis. Cui puer. Est vir dei in civitate hac.
qui absque ambiguitate loquitur. Eamus ad eum. si
forte indicet nobis de via nostra. Et ait Saul. Quid
feremus ad eum. Panis defecit in sitarciis meis
et sportula non habemus id est argentum in sportula. Erat
bat ut ait Iosephus putans prophetam accepturum
munera. tamen non Saul legitur obtulisse nec ille ac-
cepisse. Cui puer. Habeo in manu mea quartam
partem stateris argenti. Et ascenderunt in Ramatha
in qua erat vir dei. et dixerunt puellis egredien-
tibus ad aquam. Numquid est hic videns. Que dixerunt
Est. hodie sacrificaturus homo in excelso. Cumque abla-
tet in urbis medio. apparuit ei Samuel cui
pridie dixerat dominus. Cras hac hora mittam ad
te virum de Beniamin quem unges super populum meum.
Cumque aspexisset Samuel Saulem dixit ei dominus. Ecce
vir quem dixeram tibi. Et ait Samuel ad Saul. Ego sum videns. Ascen-
de ut comedas mecum. cras dimittam te et
que sunt in corde tuo indicabo tibi. et de asinabus non sis
sollicitus quia invente sunt. Possibile videtur Saul habuisse
sollicitudinem in corde preter asinas non hoc estimasset
propheta. Tradunt autem Hebrei Saulem se vidisse per
sompnium collocatum in vertice palme quod est signum
regnaturi. et inde sollicitus erat. et ob hoc
dixit ei Samuel. Cuius erunt optima quecumque in Israel.
Nonne tibi. Et ascenderunt in excelso. ante templum
non licebat sacrificare in excelsis. Cumque recu-
berent in triclinio dedit ei Samuel locum in ca-
pite virorum qui fuerant invitati. et posuit
ante eum armum quod pertinet regale. quod de industria
servaverat ei. Cumque mane surrexisset et e-
gressi essent civitatem. dixit Samuel. Antecedat
nos puer. et tu subsiste ut indicem tibi verbum domini.
Tulit autem Samuel lenticulam olei quod est vas fic-
tile quadrangulum. lentis formam in latere. et effudit
super caput eius et osculatus est eum. et ait. Unxit
te in principem deus super hereditatem suam et hoc est signum.
Cum recesseris a me invenies duos viros iuxta

sepulcrum Rachel qui dicent tibi. Invente sunt asine. Cumque
veneris ad quercum Thabor. et est Thabor nomen hominis
non montis. invenient te tres viri. unus portans tres
hedos et alius tres tortas panis. et alius lagenam
vini. et accipies de manu eorum duos panes.
Post hoc venies ad locum qui dicitur statio Philistinorum
eo quod quandoque ibi Philistei castra metati sunt. et
habebis obviam cuneum prophetarum descendentium de colle
domini. psallentium in instrumentis et prophetantium. et intrabit
in te spiritus domini et prophetabis cum eis. Et nota quod Samuel
instituit primus conventus religiosorum. vigiles
psallentium domino. et dicebantur conventus eorum cuneus.
quasi coneus et dicebantur prophete id est vigiles deum lau-
dare. et forte quia aliqui ex eis prophetabant. Et ad-
didit Samuel. Cum videris hec signa. scias quod dominus
tecum est. et descendes ante me in Galgala. quia ibi
conveniemus cum opus erit. Ego quippe descendam ad
te ut offeras oblationem vii diebus. In consecratione
enim non sacerdotis et regis tot diebus fiebat ob-
latio secundum quosdam. Et addidit. Expectabis donec ve-
niam ad te et ostendam tibi quid facias. Tamen quidam vii diebus
referunt ad expectationem ut sit sensus vii diebus
expectabis donec veniam quod postea explicabit.
Cumque venisset Saul ad cuneum prophetarum prophetavit
cum eis. Aiunt Hebrei ipsum prophetasse de Gog et
Magog. et de premiis iustorum et penis malorum.
Et admirantes qui noverant eum dixerunt. Numquid est
Saul inter prophetas. et eis pater eius. quasi dicerent cum non sit de
genere prophetarum. Alia littera habet et quis pater eius sub eodem
sensu. vel ita. Et quis pater eorum. quasi dicat. Solus
deus pater prophetarum est. et spiritus ubi vult spirat. non tamen
in filios prophetarum. et tunc versum est in proverbium. Numquid et
Saul inter prophetas. Quod forte de solo Saule dice-
batur vel de quocumque repente sublimato. Et ivit Saul ad
Abner patruum suum. Qui cum quesisset de verbis
Samuelis. de verbo regni tacuit. cetera indicavit.
Vocavit autem Samuel populum in Masphat et ait. State
coram domino. et faciemus sortes per familias et tribus
et domos et capita. Et invenit sors tribum Beniamin.
et descendit usque ad Saul filium Cis. et credunt Samu-
el temperasse sortes. Quesierunt eum et non invenerunt. Sciens autem
Saul quod quereretur latuit. quia noluit suscipere principa-
tum. Quem inventum statuerunt in medio populi. Fuit
altior universo ab humero et sursum. Et ait Samu-
el. Ecce quem elegit dominus. non est ei similis in omni populo.
Et exclamavit populus. Vivat rex. Et scripsit Samu-
el legem regni. et legit universa audiente populo
et rege et reposuit librum in tabernaculo quod erat in
Silo adhuc cum altari. Et redierunt ad propria. Et
Saul abiit in domum suam in Gabaa. Quidam vero de-
spexerunt eum et Saul dissimulabat. De natis
Factum est autem quasi post mensem Naas et secunda unctione Saulis. XI
post mensem Naas Amonites obsedit.

iabes galaad. Cumque petissent abea obsessi fedus
iit. In hac feriam vobiscum fedus ut eruam vobis
omnibus oculos dextros. eis enim quos bello ca-
piebat dextros oculos eruebat ut sinistros
scutis celantes ad bellum forent inutiles. Et
responderunt ei. Concede nobis vii dies. et mittemus
in omnes terminos israel. et si non fuerit qui defendat nos egre-
diemur ad te. Venerunt autem nuncii in gabaa
ad saul. et cum nunciassent hec fleuit populus. et ipse
saul veniebat de agro sequens boves. et premi-
sit iabitis se cras die venturum eis in auxilium.
et iussit aliquos illorum pro ductu itineris susti-
nere. et animatus spiritu occidit vero boves
in frusta. et conuocatus est in omnes terminos israel
dicens. Qui non exierit post saul et samuelem sic fiet
bobus eius. Et egressi sunt quasi vir unus. ccc milia vi-
rorum. et constituit saul populum in tres partes et ingressus
est castra in vigilia matutina. et percussit
amon usque ad calorem diei. Et dixit populus ad saul. Quis
est qui dixit. Non regnabit saul super nos. Interfi-
ciantur. Et ait saul. Non interficietur hodie. quia
fecit dominus salutem in israel. Et ait samuel. Eamus
in galgala. et innovemus ibi regnum. et ibi unxerunt
saul in regem secundo in galgala. Et ait samuel
XII° ad populum. Ecce gradietur rex vester ante vos. me ab-
iecistis et dominum. et hoc vobis signum quod dederit dominus vobis
regem in ira. Ecce messis triticea est hodie et
vocabo dominum et dabit tonitrua. choruscationes
grandines et pluvias. et sic factum est statim contra
naturam terre illius. et populus timens ait. Ora pro servis
tuis. addidimus enim peccatis nostris malum. ut petere-
mus nobis regem. Et ait samuel. Peccastis. nolite
deinceps recedere a domino. et vivetis. alioquin peri-
bitis vos et rex vester. Samuel predixit saul de
XIII° Filius unius anni erat saul translacione regni
cum regnare cepisset. i. parvulus et humilis.
Duobus autem annis regnavit super israel. i. iuste
rexit populum. In reliquis annis regni quasi tirannus
fuit et non rex. Quidam hic legunt de ysboseth
filio eius. dicentes eum annulum esse in principio
regni paterni. et de eodem dicunt quod duobus annis
regnaverit in israel. Sed autem duobus annis regnavit
ysboseth verum est. Sed cum annulus esset cum regnare
cepisset pater eius stare non potest. Saul enim circiter xx
annos regnavit. Ysboseth vero regnans post patrem
iam quadragenarius erat. Sed tamen ipsi delirare
conantur. dicentes saul regnare post hely. et po-
suerunt in regno saulis annos samuelis. Hebre-
us sic habet. Filius unius anni erat saul cum esset in reg-
no. et cum duobus annis regnaret. elegit sibi tria milia de israel.
i. cum regnasset per annum. et post per duos annos. quia post
iii annos elegit sibi. Et erant duo milia cum saul
in machmas et in bethel. et mille cum ionatha in

gabaa beniamin. que urbs fuit finees filii eleazari.
Et percussit ionathas stationem philisteorum. que erat
in gabaa. i. locum militum in quo posuerant
philistei custodes tanquam dominantes in israel.
Et tunc erexit se israel adversus philistiim.
Quo audito congregati sunt philistei ad pug-
nam contra israel. ~~xxx~~ iii milia curruum. et vi milia equitum et
vulgus innumerabile. Et ascendens saul in gal-
gala. convocavit populum post saulem. samuelem ad
consulendum dominum. Et cum expectaret samuelem
vii diebus iuxta condictum. dilapsus est ab eo
populus. et timentes absconderunt se in speluncis et
in abditis et in antris. Hebrei quoque transierunt
iordanem. Quidam erant in israel sic appellato
vocabulo dicti. qui pre timore creduntur descen-
disse in castra philistiim. ad obsequendum eis.
Cumque vidisset saul moram esse dispositam vii°
die obtulit holocaustum. et pacifica. Cumque
complesset ea. samuel veniebat et arguens
saulem ait. Quid fecisti. Et ille respondit. Populus subterfu-
giebat et tu non veniebas iuxta placitos dies
et timui ne hostes accederent ad nos. priusquam
placarem faciem domini. et necessitate compulsus obtuli
domino. Videtur saul peccasse. quia sine samuele
obtulit holocaustum domino ad consulendum. Vel
quidam ut supra diximus. vii dies quos dies dixit
samuel non dixit erant expectacionis sed oblacionum in conse-
cratione regis. et nunquam sine eo dicunt offeren-
dum ad consulendum. Verumtamen ut oblationes vii
dierum fierent per sacerdotem legitur. pro rege vero non
memini me legisse. Ad hunc autem mirabile
cum ea die saul unctus esset in regem. quam in neutrum
illarum talis facta fuit pro rege oblatio. Ideo dici
potest samuelem sic mandasse. ut cum vellet saul
immolare ad consulendum dominum vocaret ipsum ut
ostenderet ei quid facturus esset. et post vocationem si
moram faceret expectaret eum vii diebus. Saul
vero die vocationis annuntiavit in istis vii. et non ex-
pectavit eum nisi vi diebus. Et addidit samuel.
Nequaquam regnum tuum ultra consurget. Sed quesivit
sibi dominus virum iuxta cor suum ut regat populum
eius. Abiit samuel in gabaa beniamin. Et e-
gressus est cum populo saul obviam philisteis. Non
erant nisi dc viri et ionathas filius eius. Por-
ro faber ferrarius non erat in israel. Caverant
enim philistei ne facerent hebrei gladium aut
lanceam. Et descendebat israel ad philistiim. ut
exacueret acies omnium ferramentorum usque ad stimu-
lum corrigendum. i. emendandum et exacuendum. Vel
ad stimulum qui est ad corrigendum. sub audi boves.
Cumque venisset dies prelii. non est inventus ensis vel
lancea in manu tocius populi excepto saul et
ionatha. Et fecit saul archam domini afferre

in castra. et Achias filius Achitob fratris Ychaboth
portabat ephoth. De clade philistiim. et fletu q. xiiij

Accidit autem ut quadam die exiret Ionathas cum armigero
suo ut exploraret stationem philistinorum
patre suo ignorante. et voluit transire Ionathas
ad philisteos per valle prerupta scopulis hinc
inde imminentibus in modum dentium. Et ait Ionathas
ad puerum. Cum apparuerimus eis si dixerint. Ma-
nete donec veniamus ad vos stemus. Quod si dixerint.
ascendite ad nos. ascendamus. quia tradidit eos dominus
in manus nostras. Cumque dixissent philistei. ascendite
ad nos. ascendit Ionathas reptans manibus et
pedibus. et armiger post eum. et exterruit eos
dominus ante Ionathan. et percussit Ionathas cum puero
viginti viros in media parte iugeris. et conturbata
sunt castra. et diffugiebant mutuo se perimentes.
Et indicaverunt speculatores fugam hostium
Sauli. Cumque quesisset quis ex nobis abisset. repertum
est abesse Ionathan et armigerum eius. Et ait ad
Achiam. Applica id est porta archam domini. ad consulendum
dominum. Cumque tumultus crebresceret in castris. ait
ad sacerdotem. Contrahe manum tuam. Et excla-
mans Saul cum populo. cepit persequi fugientes.
Sed et hebrei qui transierant ad castra philistiim re-
versi sunt ut essent cum israel. omnes quoque qui se prius
absconderant redierunt in prelium. Et ita erat cum
Saul quasi ~~x milia~~. Videns quoque Saul moram dampnosam
si comederet. adiuravit populum dicens. Maledictus vir
id est dignus est morte. qui comederit panem usque
ad vesperam donec ulciscar de inimicis meis.
Cumque transiret populus per saltum. apparuit mel flu-
ens. et nullus gustavit ex eo. Ionathas
qui non audierat maledictum patris. tinxit virgam
in favo. et cum gustasset illuminati sunt oculi eius
id est facies exhilarata resumptis viribus. Sed quod
tanta copia mellis est ibi in cavernis arborum et
cavernis petrarum et absconditis terre. quia apes
reparant. favi super terram decidentes. Dicit Josephus
invenisse Ionathan apud cubilia in agro quod erat
in sorte effraim. Cumque indicassent ei quidam ma-
ledictum patris. edere cessavit. non approbans patris dominum
dicens si sumpsisset populus cibum maior plaga fuisset in
hostibus. In vespera vero populus fessus est nimis et
pre fame moram non sustinens. pecora mactavit
in terra et comedit cum sanguine. Hoc est contra morem
occidit et coxit antequam sanguis difflueret. Vel
nondum penitus carnibus vescentes non secundum morem patrum
guttura cultro lamiavit. et sanguinem eliquavit.
Dicunt quidam quod de preda hostium nemini licebat
edere donec immolasset victimam domino. alii edere
quod cum sanguine edebat. Et ait Saul populo. Prevaricati estis.

Usus erat quod post prelium non edebat donec sacrificium
vespertinum fieret pro eis. alioquin edebat cum sanguine quod
fuderant in bello.

Volvite ad me saxum grande. ut omnis super illud
saxum coram ipso secundum morem patrum pecudes iu-
gularet ne forte quis aliter faceret in occulto.
Dicunt primum edificavit Saul altare domino. Hebreus
non habet primum. Sed patet quod non super recens altare iam
hoc obtulerat in Galgala. Putant tamen quidam quod
cuicumque obtulit. novum altare construxisse.
Hic vero dicitur primum quia non plene iuxta domini placitum
obtulit. Cumque nocte irruere vellet super hostes
ait sacerdos. Consulamus dominum. Sed consulenti dominus
non respondit in die illa. Hoc est nec die nec nocte
sequenti. Et ait Saul. Facite ut sciatis hic est latens
cum peccato. per viventem dominum. et si per Ionathan factum
est absque retractatione morietur. Et statuit populum in parte
una. et se et Ionathan in parte altera. Et cecidit
sors super Ionathan. Et ait Saul. Quid fecisti. Cui
Ionathas. sicut iam confessus sum. Dixi quod heri nes-
ciens maledictum mel comedi. Et ait Saul. Mo-
rieris Ionatha. quia nisi hoc fecero. Hec faciat mihi deus
et hec addat. Et ait populus. Ergo Ionathas morietur
qui salutem fecit in israel. Vivit dominus. id est per vivum
te. vel sicut deus est vivens. et non dicit secundum (?) si ce-
ciderit capillus de capite eius in terram. Ipsos
pessos (?) ut legitur si per nos. Et eripuerunt Iona-
than de manibus patris. Et redierunt ad propria. Saul
vero confirmatus in regno. quocumque se verterat
superabat hostes israel. et percussit amalech per
tempus et alias forte percussit prius quam deleret ex
mandato domini. Fuerunt autem filii Saul Ionathas
et iesui et melchisua. Hiis tacetur Isboseth tamquam
puer et nondum militans. vel tamquam ineptus.
Filie vero Merob. et Micol. et uxor eius Athinoe
et princeps militie Abner filius Ner patruelis
eius. Nam Cis et Ner fratres fuerunt filii Abel. legitur
tamen in ~~[illegible]~~ quod Ner fuit pater Cis. quod pater dicitur
est et quia nutrivit eum. Quod Saul vicit amalech

Tunc ait Samuel ad Saul. Hec dicit dominus. De- xv
molire amalech et universa eius. quia restitit
israeli cum ascenderet de egypto. Iumenta quoque
voluit dominus interfici. ut nec in aliquo memoria
eius superesset. Aut quia dicunt illos maleficos
fuisse et in pecudes se vertendi habuisse peritiam et
ideo ne sub forma pecudum evaderent. et pecudes
perisse. Et recensuit Saul ~~x~~ milia peditum et
x milia virorum iuda. Et nota quod fere ubique dicuntur viri iuda
tamquam potentiores ceteris. Unde alibi catulus leo-
nis iuda. Cumque intrasset Saul in amalech. dixit
Cineo. Recede ab amalech. ne involvam te
cum eo. quia tu fecisti misericordiam cum israel. Jetro enim
qui et Raguel et Cineus dictus est. bonum consilium dedit
moisi. cuius domus habitabat in amalech. pater fi-
lios obab. qui et Cinei dicti sunt. Et egressi sunt Cinei.

et deinceps habitaverunt in israel. Ex hiis ortus est
rechab. unde in paralipomenon legitur. hii sunt cinei qui ve
nerunt de calore domus patris rechab. Recabite
sunt heremite. Tunc percussit saul amalech in ore
gladii. id est in vastatione que devoratione. vel est locu
tio. id est in gladio. Et pepercit saul agag regi a
malech et optimis armentorum. Et ait dominus ad
samuel. Penitet me quod fecerim saul regem. Et
oravit samuel pro eo dominum tota nocte. Cumque acce
pit quod saul erexit sibi fornicem triumphalem in
carmelo mirum superbie genus quem faciebat arcum
de mirtis et olivis et palmis in signum victorie
descendit ad eum in galgala et occurrit ei saul.
Cumque culpasset eum quod contra precepta reservasset de amalech
in excusationem sui dicebat. populum reservasse optima
ad offerendum domino in gratiarum actione. Cui samuel
Melior est obedientia quam victime. scilicet bonos delec
tat deus non super sacrificia. Propterea si obtulis
sit que decreverat deus perire. Et ait saul. Pec
cavi. sed habe mecum porta peccatum meum. id est ora et sacrifi
ca pro me vel dimitte michi. Cui samuel. Proiecit
te deus ne sis rex super israel. Cumque abiret
samuel. apprehendit saul summitatem pallii eius
que scissa est. Et ait samuel. Scidit dominus regnum
a te hodie. id est a tua posteritate. Cumque simul orassent
dominum. precepit samuel adduci ad se agag re
gem et oblatus est ei pinguis et tremens. Et dixit
samuel ad agag. Siccine separat amara mors.
Quasi dicat. Servum est quod sic te occidit mors et separavit ani
mam tuam a te. Quidam dicunt quod dixit agag. sic separat.
et supplet adversus te. vel secundum aliam literam. et dixit agag
Sic me separat amara mors. quasi dicat. Mors que sepa
ravit a me meos separat me ab hominibus. Et eum
occidit samuel in frusta. et abiit in ramatha.
Saul vero ascendit in domum suam in gabaa. et non vidit
samuel ultra saulem in habitu scilicet regio. sed in prophetico
postea vidit. De unctione david in domo patris.

Samuel autem lugebat saul. Et ait dominus. usquequo
lugebis saul. cum ego proiecerim eum. Imple cor
nu oleo et vade ad domum ysai. ut inungas
regem unum de filiis eius. Et quia timebat saul fer
vitulum quem ad immolandum. Cumque venisset in betleem
dixerunt seniores ad eum. Pacificusne est in
gressus tuus. Timebant enim ne propter aliquem
errorem misisset eum rex. vel forte quod offensus re
gi fuisset et non auderent eum recipere. Qui cum dixis
set se venisse ad immolandum. sanctificavit ysai
et filios eius. et statuit eos coram altari. Et videns
eliab procerum corpore et optimum. estimabat fu
turum regem. Et ait dominus ad eum. Ne respicias corporis pulchri
tudinem aspectus faciei regalem. sed animi virtutem.
In eadem modo reprobavit dominus alios. Statuerat
quod sicut erat gerenda quodque magnifice fecerat prebet
in [illegible] id est faciebat fornicem triumphalis id fecit
saul et ideo dominus magis displicuit ex superbia

enim ysai vii filios coram samuele. vel vi preter se et
natham adoptatum filium samaa filii sui. Et ait
samuel ad eum. Numquid completi sunt filii. Qui respondit.
Adhuc reliquus est parvulus et pascit oves. Et
iubente samuele. adductus est david rufus
id est rubicundus et pulcher. et unxit eum in medio fratrum.
Et directus est spiritus domini in david a die illa et dein
ceps. Et recessit spiritus domini a saul. et exagitabat
eum spiritus nequam missus a domino. Dicit ~~Josephus~~. David cum
accepisse spiritum propheticum sicut et ille qui deinde prophetare
cepit. sed super se spiritum venientem. sed quia deinde
est spiritum recessisse a saul et directum in david.
videtur quod de eodem spiritu dicatur. id est de gratia spiritus que huc
usque saul victor hostium extiterat. Tunc dixe
runt ad saul servi eius. Spiritus malus exagi
tat te. adhibe psaltem tibi peritum in cithara.
et levius feres. Tradunt phisici quod armo
nia letum reddit letiorem et tristem tristiorem.
Tradunt mathematici quod multi demones ar
moniam ferre non possunt et quia nulli. Et indicatum
est regi quod david esset sciens psallere et vir belli
cosus. Cumque misisset rex ad ysai pro filio eius tulit
ysai asinum plenum panibus et vinum et hedum.
et misit ea regi per manum david. Dicitur autem asinus
plenus. id est sufficienter honeratus. vel sicut ex
bove et hirco fiunt utres. ita de asino fiebant
sacci ad aliqua ferenda. Igitur cum spiritus arripie
bat saul. david psallebat in cithara. et levius
erat ei. et quasi recedebat spiritus ab eo. Cumque
aliquamdiu recessisset spiritus a saul. remissus
est david ad patrem. De morte golie.

Factum est autem ut congregarentur philistei
adversus israel in prelium. Porro saul et israel
castra metati sunt in valle therebinti sub qua
iacob abscondit ydola. Et egressus est vir spu
rius de castris philisteorum. golias getheus
de semine gigantis. altitudinis vi cubitorum
et palmo. Iste spurius dictus est quod de ignobili
patre et gentili et nobili matre vel e contra natus
est. Spurius et ybrida dicitur ignobilis ex patre. sed
manser et nothus ex matre. Hic exprobrabat
israel quod servi essent philisteorum. et proponebat eis
monomachiam. ut quorum vinceretur athleta
servi essent aliorum. Hebrei autem stupebant et
metuebant eum nimis. Sic dicebat golias xl
diebus. Erant autem tres maiores fratres david
~~[illegible]~~ et x panes et ebuno sub quo mi
litabat. x formellas casei. id est x caseos parvos
recentes. Hebreus habet x sectiones casei. hoc est
x grana et diversitates casei. et precepit ei ut
secum afferret pignora fratrum. id est libellos repu
dii. Mos erat euntibus ad bellum ut libellos
et exercitu [illegible] misit ysai per manum david
[illegible] ferme

tiam eos pater mi Cui ille Nequaquam sed
adduc eos et prebe eis hospitia Apposuit ei
cibos et redierunt syri ad suam et
ultra in diebus helizei venerunt latrunculi sy-
rie in israel De obsidione samarie

Factum est post hec benadab rex sy-
rie obsidebat samariam et facta est
fames in samaria ita ut venderetur caput
asini octoginta argenteis ~~ministratur~~ et quarta
pars cabi stercoris columbarum
v argenteis Hoc ut ait josephus co-
medebant a bobus pro sale Tradunt quidam
nomine stercoris dici vesicula columbe in
qua reperiebantur grana de fortibus alia
ta Cumque transiret rex israel per murum et co-
sideraret custodes muri clamavit mulier
ad eum Salva me domine rex Cui ille suspi-
cantibus ut quereret aliquid ab eo et nomen
vidit Non salvet te dominus Unde possum te
salvare de area aut de torculari vij
Que vidit nequaquam domine sed mulier
ista dixit michi Da filium tuum ut comedamus
et medium filium meum hic autem abscondit
filium suum Et contristatus rex vehementer
scidit vestimenta sua et apparuit cilicium quo
vestiebatur ad carnem Et ait Quando
amplius mali possum experiri a domino
hoc faciat mihi deus et hoc addat si steterit
caput helizei super ipsum hodie Hoc
enim malum imputabat helizeo qui eum
non liberaret cum posset Cumque misisset
speculatorem primo ductus sequebatur eum
ut prohiberet helizeus autem sedebat in do-
mo sua et senes cum eo quos josephus
dicit discipulos suos esse Et ait helizeus Scie-
tis quia filius homicide hic occidit

naboth misit ut precidat caput meum
prohibete in foribus donec veniat rex et mane
qui prohibebit ei quod iusserat Cumque
supervenisset rex ait helizeus Cras hora
hac erit in porta samarie modius simile
pro statere uno et duo modii ordei sta-
tere uno Et irrisit eum unus super quorum
manum rex incumbebat dicens Hoc esse im-
possibile Cui helizeus Videbis et non
comedes Porro iiij leprosi erant
in introitu porte fame deficientes qui
vespere venerunt ad castra syrie et ne-
minem ibi reperierunt Terruerat enim
dominus syrios sonitu exercitus magni
et ipsi fugientes reliquerunt castra
sua tentoria et iumenta Et intra-
ntes leprosi comederunt et tollentes de
preda iuxta consilium nuntiaverunt
portanis urbis syrios abisse
Suspicatus autem rex israel syrios
simulasse fugam et latere misit duos
in equis qui explorarent omnia
usque ad jordanem qui cum reversi nun-
ciarent syros fugisse egressus est
populus diripuit castra et vendebatur simila
et ordeum iuxta verbum helizei Dux autem
qui irriserat eum a rege constitutus
ad portam oppressus est a turba
et mortuus est De vastatione samarie

Post hec autem helizeus locutus est
ad mulierem cuius suscitaverat filium
Vade cum domo tua peregrinari quocumque
potes vocabit enim dominus famem super
terram vij annis i. anguste propter
famem Unde est locus de hac fame
ambiguum est utrum processit post
obsidionem ut scriptum sit Igitur mulier
in terram philistiim et cum bona eius
occupassent finita fame
regressa est et in tunc ut interpellaret
regem pro domo sua et agris Et tunc lo-
quebatur rex giezi querens ab eo
magnalia helizei que videbat interea
ait Hec est mulier et hic est filius eius
quem suscitavit helizeus Cumque ei nar-
rasset regi seriem rem restituit ei rex
quecumque amiserat a die qua reliquerat terram

De morte Benadab

Post hec Benadab
rex Syrie audiens quod deus amouerat
eum ab obsidione et non homo contristatus
egrotabat. Helizeus autem veniebat Damascum
et misit rex in occursum eius Azael cum muneribus
ut consuleret eum de infirmitate sua. Cum quem
vidisset Helizeus dixit ei: Sanaberis. Non dixit
sanabitur quia mortuus est rex sed ut diceret
ei: Sanaberis. Postea flevit Azael in parte. Dixit
enim deus quia morietur et tu eris rex Syrie. Et
impletum est quod dixerat dominus Helye. Aliter
enim non unxit Helyas Azael nisi quia prophe-
tizando predixit eum futurum regem. Et flevit He-
lizeus videns in spiritu mala que facturus erat
Azael filiis Israel, que etiam indicavit
illi. Et reversus Azael ad regem dixit: Sa-
naberis. Altera die tulit stragulum et in-
fudit aqua et expandit super faciem eius.
Stragulum proprie est stratorium quod lecto in
pedibus supponitur. Et dicitur quod Azael pannum
perfusum aqua imposuit super eum ad refri-
gerandum. Hebreus tamen expandit super faciem
suam stragulum ut non Azael sed ipse Bena-
dab intelligatur hoc fecisse. Et tunc mortuus
est rex et regnavit Azael pro eo. Quidam
tamen hoc exponunt de eo sequenti mortuum
dicunt quod Azael mortuum lavit aqua et ex-
pandit stragulum super faciem mortui. Josephus
plane dicit quod Azael altera die in [?]
fuso laqueo eum strangulavit. Istud adhuc
sensu quodam pacatam litteram referunt
dicentes quod Azael veste madefactam
posuit super faciem eius simulans refri-
geratione sed statim effundit aquam super
os eius donec suffocaret eum.

De Ioram rege Iuda

Post hoc anno quinto Ioram filii
Achab regis Israel in quo conreg-
nat ei Iosaphat regnavit Ioram
filius Iosaphat in Iherusalem octo annis. Qui
ad consilium uxoris fecit malum coram domino
secutus deos alienos. Tamen dominus non dis-
perdidit Iudam propter David servum suum. Tunc
recessit Edom ne esset sub Iuda, nam
rege suo interempto occiderunt Ydumei
nonnullos amites qui non tenebant tributum reddere. Cumque
Ioram sex fratres suos occidisset et pellexisset Ieru-
solimitanos eciam ydolatrie, tulit ad eum Hely-
as propheta quedam epistolam comminatoriam correp-
toriam cum comminatione pene. Impletum est autem
comminacio in hunc modum. Arabes irruentes in
Iudam vastaverunt provinciam et domos regias
et uxores regis abduxerunt, filios quoque occiderunt
preter Achoziam. Et ipse tandem cruciatus in adit-
in infirmitate et in tanta corruptione viscera effunderet
cottidie quod se penitens videret et mortuus
est et sepultus est in civitate David. Non
tamen ut ait Josephus in sepulcro patrum suorum
sed privatim cumulatus sine regalibus obse-
quiis tradiderunt ei. Et regnavit Othozias
vel Azarias vel Gazias filius eius pro eo. Fuit
regem et reliquos usque ad Oziam pertinuit
Achazias regnavit anno xii° Ioram filii Achap.
xxii° annorum erat cum regnare cepisset. Uno
anno regnavit in Iherusalem et ambulavit
in viis Achab avi sui. Abiitque cum Ioram
filio Achab avunculo suo ad preliandum contra
Azael regem Syrie in Ramoth Galaad. Et vulneratus
est Ioram et relicto exercitu in obsidione sub Yehu
principe et descendit in Yezrahel ut curaretur
et descendit cum eo Azarias.

De Yehu rege Israel

Helizeus autem misit unum de filiis prophetarum
cum lenticula olei ad exercitum in Ramoth
Galaad ut Yehu evocatum ad partem ungeret
in regem super Israel. Qui cum venisset Yhehu (ubi est)
sedentem cum principibus ait: Verbum michi ad te o princeps.
Et ait Yhehu: Ad quem? Qui dixit ad te o princeps.
Sponte non cognoscebas Yehu hoc quod pro signo in me-
te sua posuerat ipsum esse Yhehu qui pergrandis.
Cumque induxisset eum in cubiculum fudit oleum super
caput eius et ait: Hec dicit dominus: Unxi te in regem
super Israel et percuties omnem domum Achap in
ulcione sanguinis servorum meorum de manu Ieza-
bel. Quo facto citissime aufugit propheta. Cumque
regressus esset Yehu ad suos, dixerunt
Quid venit insanus ille ad te? Quia insanos
reputabant filios prophetarum ut qui fugiat citissime
quasi insanus. Et ait Yhehu: Scitis eum. Indicaste illa verba
vesania locutus est. Et: Hec dicit dominus: Unxi
te regem super Israel. Festinaverunt itaque tollere
vestes suas et substernere ei in similitudinem

Humiali<s>z i canetes tubad dixerunt regnabit
yhen. Conciunt g° yhen cu yora et ait vt
iste h° annunciet i yezrael. Et omnes ascendit
sunt. Cumque ascederent specula in yezrael ait
video globum venientem et suspicantibus est
yora ut capta esse urbem ut pace faciam
misit nuncium in occursum eorum qui ait. Hec dicit
rex pacata sunt omnia. Et ait yhen. Quid tibi
et paci q. d. Quid a te scepie me. Vel for
te sicut q. ipsi regi vindicandi q. d. Quid queris
de pace qui tu et pace tua. Et adhesit
cum nuncius eius. Et nunciavit yora. Sed nuncium
qui non est reversus ad eum. Et ascendens yo
ra rex israel et rex iuda cum eo et egressi
sunt in occursum yhen. ubi in agro naboth ie
zrahelite. Et ait yora. Est pax yhen. Qui re
spondit. Que pax adhuc vigent fornicationes
matris tue q. d. Que pax pro te nobis
cum ingrediar offendam eius dum pro ydolatriam ma
tris tue. Et fugies yora ait nepotem
suum. Insidie sunt. hic aazia. Tunc yhen
percussit yora in scapulas et egressa est
sagitta per cor eius et corruit mortuus. Et
ait yhen. Adduc tu eum proice
eum in agro naboth. Et memento quem ego
et tu sequebamur achap patrem eius quod
minatus est ei dominus per helyam. quod vid
det ei in agro naboth pro sanguine naboth
et pro sanguine filiorum eius. Cum supra de filiis
naboth nulla facta est mentio. Et q. r. tan
tum est hic propheta. Forte cunctos liquerit
sanguinem yora iuxta illud helye. Linxerunt
in sanguinem achap et linxerunt sanguinem
filii eius. Aasiam vero fugientem in secuti
est yhen et vulneraverunt eum in ascensu gab.
Qui vulneratus fugit in mageddo et mor
tuus est ibi. Et tulerunt eum servi eius et sepultus
est in civitate david. Post hec intrivit yhe
in yezrahel. Porro iezabel erat in turri et
de pinxit oculos suos stipio et ornavit
caput suum. Et venientibus pulsantibus appa
ret per fenestram ait ad yhen. Numquid
pax potest esse zanzri qui interfecit dominum
suum q. d. Tu occidisti dominum tuum sicut
zanzri et eandem penam pacieris. Tunc

dixit yhen duobus eunuchis qui custo
diebant eam. Precipite eam. Et precipitaverunt
et calcaverunt eam ungule equorum. Cumque
sedet yhen ad mensam ait. Ite et videte
et sepelite maledictam illam quia filia
regis est. Cum venissent ad eam non in
venerunt nisi calvariam et summitatem cerebri
et pedes et summitates manuum. Et
audito ait yhen. Sermo domini est quem
locutus est per helyam. De zelo yhen et
[illegible]
Erant autem achap lxx filii in sa
maria. Scripsit yhen ad [illegible]
eorum et ad optimates civitatis d. Eligite
que vultis de filiis achap et constituite
regem super vos et pugnate pro domo do
mini vestri. Qui per timorem responderunt ei. Servi tui
sumus. Fac quod tibi placet. Et rescripsit
secundo. Si mei estis tollite capita fi
liorum domini vestri et venite ad me cras in
yezrael. Et factum est et adtulerunt capita
in cophinis ad yhen. Qui mandavit
ne introducerent ad eum sed iuxta in
troitum porte ponerent in duos acervos
usque mane. Cumque tulerit capita dixit
ad populum. Iusti estis q. d. Ego vero ista
qui hec occidit iusti estis qui non iussi
yora et yezabel necari. Occidisti vel
potius permisistis qui eos occidi [illegible]
mandabat q. d. Iuste fecistis. Proinde
verbum domini quod videt. Velle tamen
addidit n. Et ex eo tempore deum meum
quos percussit super eos. Dominus fecit quod
locutus est in manu helye. Tunc
percussit yhen omnes reliquos de do
mo achap in yezrahel et optimates
eius et notos et sacerdotes. Et abiit in sa
mariam. In via vero obviavit yhen
duobus fratribus achazie regis iuda. Qui
descendebant ad salutandos yora
et achazia nescientes quod occisi
essent et occidit eos yhen. Tunc egressus
est in occursum yhen ionadap filius
rechab et benedixit ei. Qui salutavit eum

qui fecit. Cumque in porta civitatis suo dixit Iehu
in Samariam, et percussit omnes qui reliqui fue-
runt de Achab usque ad unum. Cogitavit
quoque Iehu perdere Samariae cultum in dolo. Nam pro-
fitetur volo colere Baal. Vocate omnes prophetas
eius et sacerdotes. Quicumque defuerit non vivet;
sacrificium enim grande mihi est Baal. Et venerunt
omnes servi Baal, nec unus quidem defuit. Et
repleta est domus Baal. Et ait Iehu his
qui erant super vestes: Date vestes omnibus
servis Baal. Et dederunt. Cumque per servitatis
esset Iehu diligenter ne quis de esset inter alios
in sacerdotibus, dixit militibus suis: Ingredimini et
percutite eos ut nullus evadat. Et percusserunt
eos statuasque Baal comminuerunt et destruxerunt
templum eius et fecerunt pro eo latrinas, id est se-
cessus communes ad ~~videndum~~ emundandas. Unas ve-
bis, id est delevit Iehu Baal de Israel. Verum-
tamen a viis Ieroboam non recessit. Et ait ei Dominus:
Quia fecisti quae in corde meo erant, usque
domum Achab, filii tui usque ad quartam
generationem sedebunt super thronum Israel. Et mor-
tuus est Iehu et sepultus in Samaria, cum
regnasset xxviii annis. Et regnavit pro eo
filius eius Ioachaz, nunc Ioathas. Por-

De Athalia et Ioas

Porro Athalia
videns filium suum mortuum et volens
regnare interfecit omne semen regium.
Tollens autem Iosaba soror Ahaziae
ex patre et uxor Ioiadae summi sacerdotis,
quae furata est Ioas filium Ahaziae et
lactantem ne interficeretur abscondit eum sex
annis in domo Domini, id est in domunculis ebdoma-
dariorum. Anno autem septimo Ioiada collegit
centuriones et principes levitarum et mili-
tes et ostendit eis secreto filium regis,
et iuraverunt omnes pro eo contra Athaliam.
Cum primum in sabbato constituit regem,
et fecerunt in hunc modum. ~~xxiiii~~ xxiiii^or erant
summi sacerdotes, quorum unusquisque in ebdoma-
dinas suas habebat sortem in ministerium;
~~xxiiii~~ xxiiii^or minores sacerdotes et totidem
levitae et totidem cantores. Dilu-
culo vero sabbati pontifex qui ministrave-
rat cum turma sua egrediebatur, ad quem po-
ntifex qui ministraturus erat cum turma sua ingredie-
batur. Tunc autem Ioiada pro amplianda exercitu
retinuit egressuros et recepit ingressuros, et faciens
ex eis duas turmas, adiunxit eis tertiam turmam
de centurionibus et levitis quos innovaverat. Et intus
domum sanctus et domum armorum, quae quon-
dam fecerat David, tradidit singulis arma et
praecepit egressuris ut custodirent stationem regem
tertiorum et custodirent. Ingressuris vero dixit
ut descenderent ad domum regiam ne servi regis
egredientes extra mittione regis impedirent.
Sed turmam divisit in tres partes, praecipiens
ut una observaret excubias regis, id est porti-
cus domus regiae. Alia observaret portam
Sur per quam descendebatur de atrio templi in domum
regiam. Tertia post observaret domum Messa,
quae dicitur porta scutariorum, id est custodum regis,
per quam de domo regia ascendebatur in templum.
Tertiam vero quam collegerat de centurionibus et
levitis posuit ad custodiam atrii templi ex
omni parte. Tunc ipse cum reliquis sacerdotibus,
levitis et senioribus produxit filium regis et unxit
eum in regem et imposuit super eum dyadema
et testimonium, id est legem Dei, dedit ei tenendam
in manibus ut eam ipso regni disciplina
legis Dei servanda intelligeret. Athalia vero
accurrens scidit vestimenta sua clamans
coniuratio. Et eduxerunt eam centuriones extra
septa templi per portam equorum, et interfecta
est ibi. Deduxeruntque regem per portam scu-
tariorum in palatium, et sedit super thronum re-
gum, et laetatus est populus terrae quia absti-
lerat Deus opprobrium ne mulier regnaret super
eos. Et destruxerunt templum Baal et arasque
et ymagines quas fecerant Iora et Athalia.
Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt
coram altari. Et erat septem annorum Ioas cum
regnare coepisset, anno septimo Iehu regis
Israel, et xl annis regnavit in Ierusalem,
et fecit rectum coram Domino cunctis diebus
Ioiadae sacerdotis.

De gazophilacio

Erant autem in domo Domini ruinae
non solum pro vetustate et negligentia

de
ped que fecerat athalia 7 sacrificauit sacerdos dom(us)
baal. precepit itaque ioas sacerdotibus ut instau-
rarent sarta tecta templi domus de pecunia pretij
oblationis presentium 7 que offerebant sponte
quinque siclos pro | que dabat unusquisque ad templum inuitati oblatio
duos b. | non pro delicto 7 pro peccato sacerdotum erat. Cumque sic stete-
rissent sacerdotes usque ad xxiij annum regis ioas
non tamen instaurauerunt sarta tecta templi 7 iratus
rex prohibuit sacerdotibus ultra accipere pecuniam.
Josephus tamen dicit fuit per omnem regionem fuisse missos
sacerdotes 7 leuitas per capita dimidium sicli.
Quod videns ioiada populo non placere cessauit
7 ob hoc non fuit instauratio ruine. Tunc io-
iada fecit gazophilacium muniti apto de-
super foramine 7 posuit illud ad dexteram in-
gredientium domum non longe ab altari. Cumque
appareret plurima pecunia in gazophilacio scriba
regis 7 pontifex effundebat eam 7 dabant
hijs qui preerant cementarijs domus domini 7 non
fiebat cum eis ratio sed in fide tractabant.
Nec fiebant ex pecunia illa vasa aliqua in domo
domini nisi de eo quod erat residuum factis tectis
ut legitur in paralipomenon. Et mortuus est ioiada
sacerdos qui solus legitur post moysen centum
xxx annis vixisse 7 sepultus est in ciuitate
dauid eo quod gratiam dauid reparauit in populo.
Eo mortuo ioas a legitimis dei declinauit
auctore eius optimates blandienti sed quia eum
argueret zacharias filius ioiade fecerunt eum
obrui lapidibus inter templum 7 altare 7 dicunt
aliqui quod omnes filij zacharie cum eo lapida-
ti sunt preter unum qui post eum dictus zacharias
extitit ut dicit epyphanius non accepit prophetas
visum manifeste sicut prius nec ex zabulon nec
ex ephata. Rex autem non multo post pe-
cunias expoliauit. Azael enim rex syrie cum ex-
pugnasset geth ascendit in iherusalem. Ioas vero
misit ei thesauros domus domini 7 domus
regie non de absconditis autem torsit 7 recessit
ab eo. Cumque in infirmitate ioas langore peri-
ret eo quod diuinos honores sibi vo-
lebant impendi ut dicunt hebrei duo
serui eius percusserunt eum 7 mortuus est 7 sepultus
in ciuitate dauid non tamen in monumentis regum.

dabir · i · lapis ut ibi quidam dicunt dabir · non eo la-
pidibus in romah sed non est in ramah · nec ephat de q-
super dauid est scriptum · hi ephata sabin de quibus eum predicta
dicta qui non dedit viris · responsum nec verbo nec signo
quod dabit ubi habes hebr. vagabundi

alibi 7 regnauit pro eo filius eius amasias
Ubi ioas · xiiij rex latinorum | In aceam
filius a romulo qui primo albanos
inter montes ubi nunc roma est posuit
cuius filius fuit iulius proauus iulij pauli
qui cum romulo romam iungens fundauit
iuliam gentem | **De obitu helizei** | xiij
ANno xxiij ioas regis iude regnauit
ioathas filius yheu super israel xvij
annis 7 ambulauit in vijs ieroboam. Et
iratus dominus vehementer tradidit eos in ma-
nu azaelis 7 in manu benadap filij azael.
Et non sunt derelicti yoathas de populo nisi
quinquaginta equites 7 x currus 7 x pedites
7 clamauit ioathas ad dominum 7 misertus
dominus dedit pacem in diebus eius 7 mortuus
est 7 sepultus in samaria 7 regnauit
ioas filius eius pro eo anno xxxvij ioas
regis iuda. Et xvj annis regnauit super
israel 7 ambulauit in vijs ieroboam non
tamen a deo quantum patres eius. Helizeus autem
egrotabat 7 descendit ioas rex israel ad
eum 7 flens dicebat pater mi currus israel
7 auriga eius 7 ait helizeus affer arcum 7 sagittas
7 pone manum tuam super arcum. Cumque posuisset
super posuit helizeus manus suas manibus
regis 7 ait aperi fenestram orientalem
7 iace sagittam 7 iecit 7 ait helizeus
sagitta domini est contra syriam 7 percuties syriam
que est in affech donec consumes
eam 7 sublato arcu cum sagittis dixit heli-
zeus ad regem percute terram iaculo. Cumque
percussisset ter 7 stetisset iratus
vir dei 7 ait si percussisses quinquies sexies sepcies
totidem percussisses syriam nunc autem tribus
vicibus percuties eam 7 mortuus est helizeus
7 sepelierunt eum iuxta abdiam. porro la-
trunculi moabite in terram venerunt eo anno.
Uidentes autem sepelientes hominem vide-
runt latrunculos 7 timentes proiecerunt cada-
ver in sepulcro helizei quod cum tetigisset
ossa helizei reuixit homo. Josephus eum
dicit latrones proiecisse in helizei sepulcro
mortuum quem ipsi videbant interfecisse.
Mortuus est autem azael rex syrie 7 reg-
nauit pro eo filius eius benadap cum quo

dimicavit ioas rex israel tribus congressionibus
et vicit eum et tulit de manu eius civitates quas
tulerat azael de israel iuxta verbum helizei. israel
Anno ii ioas De amasia et ioas rege
rege israel regnavit amasias filius
ioas in iuda xxv annorum erat cum regnare
cepisset et xxix annis regnavit. Nomen matris
eius ioiada de ierusalem. Et fecit rectum coram
domino iuxta ea que ioas pater suus. Verumtamen
tamen quod excelsa non abstulit. Cum autem
dicendum est ut tempore eorum non ioas ex-
celsa abstulit. Sed videtur [illegible]
interfecit servos suos qui interfecerant patrem
suum. Non tamen filios eorum propter legem moysi
que dicit non morientur patres pro filiis nec
filii pro patribus. Collegit autem exercitum ut
amalechitas et ydumeos expugna-
ret. Et conduxit a rege israel centum milia arma-
torum centum talentis argenti. Ad quem cum ve-
nisset placuit ei propheta ut dimitteret israeli-
tas quia ydola colebant. Et deus daret vic-
toriam ei. Et acquievit licet graviter ferret
eo quod mercedem israelitis prebuerat. Et
percussit edom in valle salinarum x milia et
apprehendit petram nobilem civitatem arabie
et vocavit eam iezechiel quod sonat auxi-
lium dei. Josephus autem dicit x milia quos ceperat
ad excelsa petram arabie eum adduxisse
illos exinde precipitavit. Ieronimus quoque dicit
paralipomenon. Nam fere in omnibus conson-
ant. Ydola deorum quos tulerat de ama-
lechitis postea adoravit quia audivit eos
dantes responsa. Et ideo promisse amasie [illegible]
negligentes fuerant in auxilio eorum [illegible]
pena passi sunt. Elatus animo in superbia
respondit ad ioas regem israel. Veni mecum
sicut patres tui fuerunt david et salomon
aliqui veniam et videamus nos quod dicit pug-
nemus. Et respondit ei ioas in enigmate
Carduus libani misit ad cedrum dicens. Da
filiam tuam filio meo uxorem. Et indignan-
tes bestie saltus calcaverunt carduum.
Elevat te cor tuum pro victoria quam provocas

malum ut cadas tu et iudas tecum. Et non acqui-
escente amasia congressi sunt iuxta bethsames
et fugit iudas coram israel. Ligatus est amasias
fugas et minabatur ei mortem rex israel nisi red-
deret ei ierusalem. Qua tradita irrupit ioas
murum ierusalem a porta effraym que dicitur porta
vallis usque ad portam anguli cccc cubitis
Et tulit thesaurum et argentum et vasa que inventa
sunt in domo domini et in thesauris regis et obsi-
des. Et rediit in samariam. Et facta est coniuratio
amasia contra eum in ierusalem. At ille fugit in
lachis. Et miserunt post eum in lachis et in-
terfecerunt eum ibi et retulerunt eum in ierusalem et sepultus
est in civitate david. Tulitque universus populus fi-
lium eius ozia vel azaria annorum natum xvi
et constituerunt eum regem in iudea
Vixit amasias xiiii rex [illegible] filium [illegible]
et ab eo morte qui interit est per urbis mor-
tuus est et sepultus est [illegible]
tu loco De ieroboam rege israel et quos prophetia
Post mortem est ioas rex israel et sepul-
tus in samaria. Et regnavit ieroboam filius
eius pro eo anno xv amasie regis iuda
et regnavit in israel xli uno annis. Et am-
bulavit in viis ieroboam. Ipse restituit terminos
israel ab introitu emath que est anthiochia
usque ad mare solitudinis quod est mare
mortuum iuxta verbum domini quod locutus
per servum suum ionam prophetam qui erat de geth
que est in opheth vel ophir ad differentiam geth
que est in palestina. Et est nomen regionis. Opheth
autem nomen est terre nebulose que non longe
erat a templo. Hanc vastacione syrie pro ieo-
boam fecit non legimus in iona. Sed propter
[illegible] eius quia predixit [illegible]
dicit iosephus eum predixisse quod [illegible]
[illegible] principatum quod quidem
per ieroboam inchoatum est. Sed postea [illegible]
est cum monarchia assyriorum translata est
ad medos. Hac felicitate ieroboam elatus
fecit malum coram domino. Et missus est amos
tecuites propheta de pastoralibus ubi pasce-
bat greges in samaria ut prediceret eversionem
domus ieroboam et calamitatem populi dicens. Hec

diat dominus congregatum super domum ieroboam in gla-
dio. Et vix sustinet finis super sermones meos istos.
Quod cum significasset amasias sacerdos bethel
ieroboam regi israel ex mandato regis prohibuit
amos ne ultra prophetaret in regno. Et cum con-
tinuit nollet amos cessare dicens se non esse prophetam
sed pastorem missum a domino frequenter afflixit
eum amasias plagis. Tandem filius suus ozias
frequenter eum in tempore vecte perimpa transfixit
et semivivus delatus est in terram suam et ibi est
et sepultus. Et mortuus est ieroboam et
regnavit pro eo filius eius zacharias

De ozia rege iuda

xv° Anno xxvij° ieroboam regis
israel regnavit ozias in iuda quinquaginta
duobus annis et fecit quod placitum erat
coram domino. Verumtamen excelsa non abstulit.
Secundum ieronimum dicitur super oseam cepisse regnare
anno xiiij° ieroboam. Qui cum hostes debell-
asset et amonitas fecisset tributarios reedi-
ficavit muros ierusalem quos destruxerat ioas
rex israel. Erat quoque pater terre cultor et armenta
habebat multa plantavit et semina frugum
diversorum quibus ditatus erat substancia mor-
li econtra dei in morem agere usus est. Nam
presumpsit contra sacerdotes in dignitate sola pontifi-
cali in tanto templi ut incensum poneret pon-
tifice zacharia cum lxxx sacerdotibus eum
prohibente. Et factus est terre motus et claritas
solis valde effulsit et in radiis in facie regis
et percussus est lepra in facie. Tunc enim mons
scissa est media pars montis ad occidentem et
devoluta ita ut et vias clauderet et regi-
ozias os obstrueret. Et habitavit in urbe seorsum privata
degens vita. Ioatham vero filius eius guberna-
bat palacium et iudicabat populum terre. Et mor-
tuus est ozias et sepultus in civitate david seorsum
tamen dicitur eum de regibus solum sepultum in ortis.
Et regnavit pro eo filius eius ioatham. Sub ozia
rege iuda et sub ieroboam rege israel cepit
prophetare ysaias de quo postea plenius dicetur.
Et osee de tribu ysachar ortus in bethle-
moth prophetavit circiter x tribus pauca de
duabus loquens. Et principaliter historialiter
iudeos in ultimo tempore ad xpm redituros. Tamen
quoque die domini et cetera [illegible] predixit. Sunt

ait secundum [illegible] principaliter [illegible] de dedit signum
veniet dominus terra sicut quercus que est
sylo. Quod non legitur in septua-
ginta sed in editione nostra. Forte quod ieronimus
dixit signum hoc ephraym dicit propheta
dicit de osee et dedit prodigium de veniet
in terra domini [illegible] que est in silo [illegible]
metipsa in xij fuit petra et sic finit
ea totidem quercus. In terra sua sepul-
tus plantata quercu dormivit. Sub eisdem
quoque prophetavit iohel de tribu ruben natus
in agro bethoron qui describit terram duo-
decim tribuum. Et rubrico. Locusta bruchus
[illegible] scilicet medorum babiloniorum chaldeorum
et romanorum predixit quoque effusionem spiritus
futuram super servos dei et ancillas quod
factum est in die penthecostes. Hic in
bethoron in pace mortuus est et sepultus.
Sub eisdem regibus prophetavit abdias qui
quidam dicunt secundum hebreos verum esse
quod cum eos prophetavit. Hic mortuus
est in helizeum. Relicta cuius prophetis
helizei liberata est a creditoribus oleo
superhabundante. Fuit autem de terra syche
de agro bethacaram quinquagenarius ille cui
cum pepercit helyas qui relicto obsequio
regis helye discipulus factus est. Cuius sepul-
crum usque hodie cum marescolo helizei
et iohannis baptiste in sebaste veneratione
habetur. Sub ieroboam rege israel prophetavit
ionas filius vidue sareptene qui
post reditum tempore famis assumpta in
terra gentium incola factus est. Nam cum
beneficebat esse in terra sua dicens quod misit
obprobrium meum eo quod prophetans vatici-
nium medorum reptilis est qui cum
acta fame rediit in terra iuda et defun-
cta est mater eius. Et sepelivit eam iuxta
balanum delbore. Et propter predixit signum cuius
annus in iudea quod cum viderint lapidem
luctuose clamantem prope sit finis. Et cum
viderint in iudea gentes vinitas tunc
totam illam civitatem incapabilem erit.
Mortuus est et sepultus in spelunca [illegible]

indit israel cum quo sepultus fuerat in vrna urbium
geth in viallo iuxta sepulcrum in ade ea
Hiis ozia rege iuda q. tempore finita est mo
narchia assyriorum in sardanapallus
ultimo monarcha scientibus ab arbace medo
fenicium sementatis et tunc arbactes mo
narchiam ad medos transtulit tempore nondum
re hoc n. fecit darius occaso baltha
zar. Fuerunt tamen reges assyrii si non
adeo monarchi tamen potentes usque ad
subversionem niniue quam prophetauit naum
Ho tempore xiiij rex latinorum in ade ea
Aduentus procas post quem xvi rex latio
rum filius amulius auentinus de zachariam
Anno xxxviij ozie regis sellum et manahe
inde regnauit filius ieroboam zachari
as super israel vj mensibus qui fecit malum
coram domino sicut patres eius. Et percussit eum pa
lam sellum filius iabes et regnauit pro eo
et translatum est regnum israel de domo
iehu in generatione quarta iuxta verbum domini
Et regnauit sellum vno mense in samaria
Nam manahen filius gaddi de ther
sa percussit eum in samaria et regnauit
pro eo. Qui percussit thersam et terminos eius eo
quod ianuas suas noluerant ei aperire
Anno xxxix ozie regis iuda regnauit
manahe super israel x annis et ambulauit
in viis ieroboam. In diebus eius ascendit phul
rex assyriorum in terram et dedit ei
manahe mille talenta argenti ut esset
ei in auxilium. Indixit autem manahe quinquaginta siclos
argenti a potentibus et diuitibus terre
per singulos. Inde hec nummia tradunt hebrei
misisse manahe vitulos aureos qui
erant in dan et in bethel sed non deos
quidem. Dolose fecerunt vitulos
aureos et absconderunt eos et fecerunt ereos
deauratos similes illis. Quos misit
manahe regi assyriorum. Qua fraude
percepta postea reges assyriorum primum
exarserunt contra israel. Et mortuus est manahe
et regnauit pro eo filius eius faceya anno
l. ozie regis iude et duobus annis reg
nauit in israel. Nam facee filius romelie
dux exercitus eius percussit eum in samaria in
numero ccc bellatorum et regnauit pro eo. l. secundo
ozie regis iude et regnauit xx annis in
israel. de trans captiuitate x tribuum
In diebus facee glathphalasar rex
assyriorum ascendit in israel et est ambi
guum an iste fuit phul qui dicitur alius et vastauit
omnem regionem trans iordanem et captiu
as duxit duas tribus et dimidiam vastauit
quoque galileam terram de tribu zabulon et nepta
lim. Iustos transtulit secum in assyrios qui
possent dimidij tribui operari. Ubi sepe
legitur quod tres tribus israel captiuauit
et hoc fuit inicium captiuitatis x tribuum. Por
ro osee filius hela interfecit phacee
regem israel et regnauit pro eo de achas
Anno ij phacee et ioatham
regis israel regnauit ioatham filius
ozie in xxv anno cum cepit regnare
et xvj annis regnauit. Nomen
matris eius ierusa filia sadoch. Et fecit
bonum coram domino. Verumtamen excelsa non ab
stulit. Ipse edificauit portam domus domini
sublimissimam quam quidam putant trium
gradus quam est que in actibus speciosa dicitur
apostolorum. Ab hebreis porta ioatham. Hec
sola remansit in eversione facta per caldeos.
Hic deuicit amonitas et imposuit eis
annuum tributum talenta argenti centum et
tantum x choros et totidem ordei. In diebus
eius rasyn rex sirie et facee rex israel
ceperunt in seruire regnum iuda.
Sub ioatham exortus est propheta naum
de elchese de tribu symeon contra niniue
predicens. Hec dicit dominus ad niniue ex tuo
bo te ut nequaquam per generationes de te in
pabit unde xxx sup naum dicit rodotum
dixisse subuersam niniuem a rege me
dorum tempore iosie cui liber suus scripsit

post captivitatem x tribuum sub ezechia dum vastaret
ab assyriis terra iuda de subversione quam finali-
ter minatur propheta nam que facta est in huiusmodi pa-
rabolis que cum dabat ea super fundamenta ea fo-
dit terre motu et igne de sublimi emisso de quo
in iudam videtur scripsisse in libro suo in undas
no faciet deus in nocte in tempestate et tonitruo
vocis eius Transferunt alia translatio legit in undas
no faciet deus in nocte In quo plenius prophetavit
de destructione assyriorum et consolatione gentis sue Qui
tandem mortuus est in terra sua in pace et sepultus
Sub ioathan vidit ysayas deum sedentem et seraphyn
i. vel angelus in mundavit labia eius Sub eodem exortus est propheta
ordinis eius micheas Et mortuus est ioathan rex iuda et
sepultus in civitate david et regnavit achas filius
eius pro eo **In adenaa**

Sub ioatha olympias prima ab helienensibus
constituta est et remus et romulus gignuntur ex marte et ylia

xvi° Anno xvii° phacee **De achas**
regis israel regnavit achaz in ierusalem xx
annorum erat cum regnare cepisset et xvi annis reg-
navit et ambulavit in via regum israel Nam
et unum de filiis suis consecravit ydolo transire
eum per ignem tophet in valle beeno iuxta ach-
eldemach Fuit autem quidam filius ennon cuius
vallis ista erat et ideo dicta est vallis beeno id est filii
enno Tunc ascendit rasin rex syrie et phacee
rex israel in ierusalem et obsederunt eam primo ut ait
iosephus et congressus est cum eis achas victus est
et occisus est filius eius zacharias et multa milia
cum eo et captivus est princeps milicie eius
dithan Cumque rediret victor rex israel in samariam
cum magna multitudine captivorum occurrit ei
quidam propheta odidas nomine dicens eos non
vicisse viribus propriis sed ira dei contra achaz
arguens eos quod cognatos suos traherent
captivos Qui eos non dimiserint pacem erat eis
repentinus interitus Tunc ad consilium barach-
chie qui magnus erat in israel rex israel exhi-
buit captivis magnam hospitalitatem et liberos
remisit ad propria Porro secundo obsiderunt ierusalem
rex syrie et rex israel Cumque timeret achaz
nimis confortavit eum ysayas dicens Ne timeas
a duabus caudis tyzonum fumigan-
cium Sed non credidit ei achas nec voluit
querere signum a domino Et misit nuncios ad
regem assyriorum teglathphalasar dicens
Servus tuus et filius tuus sum ascende et salvum me fac
de manu regis syrie et regis israel Et ascen-
dit rex assyriorum syriam et devastavit
eam et ideo recedit rasin in damascum et rex
assyriorum cepit damascum et interfecit rasin
et damascenos transtulit in cyrenem que est
in finibus ethyopia Est enim alia cyrene in
affrica Et occurrit ei achaz rex iuda cum
muneribus in damascum Cumque vidisset alta-
re damasci misit ad uriam sacerdotem similitudinem
exemplar eius ut extrueret ei consimile
Quo facto cum redisset achaz altare eneum
transtulit a facie templi ad aquilonem et
super altare novum obtulit holocausta et
pacifica De altari eneo ut consuleret
fecit id est horologium famosum de quo predi-
ctum Et precepit sacerdotibus ut deinceps
super altare novum offerrent Et deposuit
achaz lutees et mare eneum super pavimentum
ut eis ulterius uteretur Musach quoque sabbati et
ingressum regis vertit in templum
domini ut tempore ea offerret ut sic placeret
regi assyriorum Est enim musach gazo-
phylacium regium sicut corbana sacerdotum
ingressum eo regis quidam dicunt locum in
quo rex adorabat ut porta per quam pro-
cedebat ad adorandum Que omnia obstru-
xit achaz sacrilegus et clauserat templum
ne intrarent sacerdotes Sub eo vidit ysa-
yas onus babilonis alia translatio vidit hoc ezechias
ezechia et mortuus est achaz et sepultus
in civitate david Et regnavit pro eo filius eius
ezechias **In adenaa**

Sub achaz roma condita est in monte
palatino xi° kal maii a gemellis remo
et romulo Anno ab urbe condita tercio
interfectus est remus a fabio
duce romuli Copulabus ludis sabine
rapte sunt et pulchra virgini thalasio
forte data est dum romulo in quo
bene cessit ei locum in patria ex unde
dictus est thalamus **De captivitate x tribuum**
xvii Anno xii achaz regis iuda reg-
navit osee super israel ix annis

+ per Sua de

Fecitque malum coram domino sed non sicut priores sui. Tradunt enim dedisse licenciam israelitis ut ascenderent in iherusalem. Contra hunc ascendit salmanasar rex assyriorum et factus est ei osee tributarius. Cumque deprehendisset rex assyriorum quod osee rebellare niteretur ~~per Sua de~~ rege egipti cui munera miserat obsedit eum et vinctum misit eum in carcerem in ninive. Et obsedit samariam tribus annis et cepit eam anno ix° osee et vi° ezechie et transtulit de israel in assyrios s. vii tribus que remanserant et posuit eos iuxta flumen gozan urbes montes medorum et persarum. In prima captivitate decem tribuum creditur captivatus fuisse thobias et mansisse in ninive. Et forte cum rege osee ductus est in ninive. Cuius hystoria consumata est sub manasse filio ezechie sed nos eam tractabimus post librum regum. Porro rex assyriorum de diversis regionibus adduxit colonos in samariam paucos primo sed postea asaradach replevit terram et habitavit in urbibus eius. Adduxitque deos de quinque regionibus. Unde ysydorus portavit in singulis quinque regio suum et omnes pariter vocati sunt chuthei a quibusdam [illegible] eos qui venerunt de regione persida que dicta est chutha a quodam flumine. Grece vero dixerunt eos samaritanos quia et in hebreo samaritani dicuntur. Hebrei vero vocaverunt eos iocabitas quia subplantaverunt israelitas a finibus suis. Qui cum venissent in terram israel inmisit dominus in eos leones et interficiebat eos. Et nunciatum est regi assyriorum quod perirent coloni eius quia ignorabant legitima dei terre. Et misit eis unum de sacerdotibus tribus israel et legem moysi in [illegible] cum [illegible] et habitabat sacerdos in bethel. Et susceperunt circumcisionem et legitima terre israel nichilominus tamen deos suos in excelsis colebant. Unde quemque hebreos dicunt cognatos cum bene erat hebreis cum vero male dicebant se non esse cum israel. Cessavit autem x tribus de iudea post annos nongentos xl viii ab exitu de egipto. A divisione vero regni perseveraverunt annis ~~cc~~ ~~xl~~ et menses vii secundum ~~iosephum~~. Isti autem qui ... confugerunt in regnum iuda cum ... absconderunt se in abditis latibulis gentibus circumstantibus qui post regressum regis assyriorum redierunt ad ...

ipsa et habitaverunt cum samaritanis. De ezechia

Anno tercio osee regis israel regnavit ezechias in iherusalem. ~~xxv~~ annorum erat cum regnare cepisset et ~~xxix~~ annis regnavit. Nomen matris eius abi sive abia filia zacharie post mortem zacharie lapidati. Qui vocatis sacerdotibus et levitis aperuit templum primo anno et primo mense regni sui et vasa dei reparavit et restituit sacrificia intermissa. Et ipse de consilio sacerdotum fecit phase secundo mense non in tempore suo quia non potuit primo mense convenire in iherusalem quia sacerdotes purificati non erant. Et tanta multitudo fuit quod multi non purificati comederunt pascha. Et tanta copia victimarum quod insufficiente levite supplevit officium sacerdotum. Et post pascha solempnizaverunt aliis vii diebus. Et post dissipaverunt excelsa et destruxerunt statuas et lucos succiderunt et confregit serpentem eneum quem fecerat moyses cum usque ad illud tempus filii israel adolebant incensum et pulverem eius proiecit in torrentem cedron et vocavit nomen eius noestan quod interpretatur es eorum quasi diceret deus sed non erat. Et precepit filiis israel ut redierent ad cultum dei quia quidam nuncios eius neglexerunt quidam ... [illegible] captivitatem. Recessit quoque a rege assyriorum ne serviret ei. Ipse percussit philisteos usque ad gazam et omnes terminos eorum a turre custodum usque ad civitatem munitam i. persida et anno xiiii° regni ezechie ascendit sennacherib rex assyriorum in terram iuda et cepit civitates eorum et misit ad eum ezechias in lachis dicens recede a me et quod inposueris mihi feram. Et indixit ei rex assyriorum ccc talenta argenti et ~~xxx~~ auri et mandavit ei quo noceret ei. Cumque non venisset ezechias in thesauris domus domini tunc recepit laminas auri quas ipse affixerat in valvis templi. Cumque misisset regi assyriorum predictam pecuniam [illegible] fecit sennacherib insidiando et misit ad obsidendum iherusalem tharthan et rapsace et castrametati sunt iuxta aqueductum piscine superioris que est in via agri fullonis et abstulerunt civibus aquam exterioris piscine

Cumque vocassent regem ad colloquium noluit exire. Sed misit ad eos Eliachim pontificem et Sobnam scribam et Ioathan a commentariis. Et loquebatur ad eos Rapsaces hebraice. Erant enim samaritae ut quidam volunt. Et fuerunt qui dicerent eum filium Ysaie qui transfugerat ad Assyrios et susceperat ritum gentium et forsitan erat eunuchus. Et ait: Hec dicit rex magnus Assyriorum: Que est fiducia o Ezechia in qua confidis? Ut quid audes rebellare? Si confidis in rege Egiptiorum inniteris baculo arundineo. Si spem ponis in deo tuo numquid dii gentium [illegible] liberaverunt eos de manu mea? Si spem ponis in populo tuo dabo tibi duo milia equorum nec poteris apud te invenire ascensores. Et rogabant nuncii Rapsacen ut loqueretur eis syriace et non iudaice audiente populo qui erat super murum. Tunc exclamavit Rapsaces et ad populum: Hec dicit rex magnus Assyriorum: Facite mecum quod vobis utile est ne comedatis stercora vestra et bibatis urinam vestram. Egredimini ad me et unusquisque vestrum donec veniam ad vos et transferam vos in terram que est similis vestre. Cumque retulissent nuncii verba eius istas ad Ezechiam scidit rex vestimenta sua et opertus est sacco et ingressus domum domini. Et misit proceres nuncios et seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Ysaiam dicens: Hec dicit Ezechias: Dies hec dies est tribulationis nostre et increpationis. Dominum ora precipue si forte audiat deus blasphemiam Rapsacis et vindicet. Et rescripsit Ysaias: Hec dicit dominus Ezechie: Noli timere. Ecce ego inmittam regi Assyriorum spiritum et audiet nuncium et revertetur in terram suam et deiciam eum gladio in terra sua. Et reversus est Rapsaces ad [illegible] et invenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam. Transierat autem rex ad Egiptum expugnandam ut Tirhacas rediret ad custodiam urbis. Cumque obsedisset Pelusium audivit Tharatham regem Ethiopie cum multo exercitu venire in auxilium Egiptiorum. Et Sebathus rex dixit Tarathan esse sacerdotem Vulcani. Et non dimicavit cum eo et rediit in Iudeam et obsedit urbem. Herodotus tamen aliam causam reditus

7 deus

V xix

De signis [illegible] que predixit Ysaias

sui reddit. Orante namque rege Egiptiorum ad dominum multitudo soricum in una nocte comedit corrigias arcuum in castris eius et pharetras Assyriorum inermes [illegible]. Et dicit Rapsacem cum exercitu remansisse circa urbem et Sennacherib redisse ad eum de Egipto. Verisimile ante reditum Sennacherib de Egipto in Iudea hoc factum quod sequitur.

De signis [illegible]

Cum audiret Sennacherib in Iudea ut transiret in Egiptum misit Ezechie literas terribiles et plenas minarum dicens: Quod deus ipsius non posset eum liberare de manu sua. Tunc accepit Ezechias in domum domini et expandens literas coram domino oravit dicens: Tu es deus [illegible] audi verba Sennacherib quibus exprobravit te. Nunc salva nos obsecro de manu ipsius. Et misit Ysaias ad Ezechiam significans ei verba domini ad Sennacherib in hunc modum: Sprevit te Sennacherib, subsannavit te virgo filia Syon, movebit caput post tergum tuum. Cui exprobrasti? Et per manum servorum tuorum exprobrasti et vastasti Iudeam. Sed numquid non audisti que ab initio fecerim illud? Ex diebus antiquis plasmavi illud et nunc adduxi, id est quod ab eterno disposueram quod sit flagellare pugnantes ut pereant in plenum. Ergo auctor fui tui ministerii. Ponam itaque circulum in naribus tuis sicut bubalo et chamum in labiis tuis sicut equo et reducam te in terram tuam. Tunc addidit verba sua Ysaias ad Ezechiam dicens: Tibi autem Ezechia hoc erit signum liberationis tue: hoc anno recedet a te Sennacherib nec redibit. Ergo autem [illegible] et quid facies hoc anno et quid sequenti anno ut videris impleta sancta verba esse quod predixi de te [illegible] hoc anno quod reperies, id est secundum Ysaiam que sponte nascuntur [illegible] in anno mete messe [illegible] Assyrii et vastaverunt segetes vineas et olivas et quedam ut singulas [illegible] fecerunt. Unde dicit comede que prius sequentur [illegible] de vallibus quedam sponte germinaverunt de quibus dicit Ysaias comede que sponte nascuntur. Cumque transmisisset ad nomen Sennacherib [illegible] et unde [illegible] et reposuerunt in urbem de quibus liber regum comede que reperies. Porro

secundo anno comede que sponte nascuntur. In secundo
ypomis vescere. quod idem est. Sed hoc an-
no dum moratur senacherib in egipto quia
deficiunt eis predicta victualia multiplicabit
in eis deus humiditatem que sponte gignunt
primum. Porro in tercio anno fugato hoste
seon. seminate ~~hicete~~ et metite. Et de
ierusalem egredientur reliquie et que salvata est
de monte syon. Et quod reliquum est de domo
iuda mittet radice deorsum et faciet fructum
sursum. Per similitudinem arboris loquitur que quanto
profundius figit radicem tanto copiosius et al-
tius facit fructum q.d. Et est sensus. Mul-
titudo populi que fugit de iudea ante faciem
hostium et recepit se in ierusalem ut salvaretur
fugato hoste redibit in terram suam et planta-
bit eam. Hoc audito gavisus est ezechias et
de consilio ysaie et prophetarum obturavit ca-
pita fontium extra urbem et exitus aquarum
iudea ne redeuntes assyrii invenirent
aquarum habundantiam. Tunc obturavit ezechias
superiorem fontem aquarum gyon et avertit eos
subtus ad occidentem urbis david. Ut in fine
erit piscina interiorem perfecit et a fonte
syloe quasi stagnum in quo colligerentur aque
et resiliarent ambitus tempore obsidionis. Et
secundum ephiphanium ad preces ysaie copio-
sius solito egressa est aqua de fonte syloe
hoc autem stagnum vocatur in evangelio natatoria.

Factum est [De fuga senacherib] syloe
post annum rediit senacherib ab
egipto et cum vastasset iudeam tandem
obsedit ierusalem. Sed in eadem nocte angelus
domini percussit in castris assyriorum centum ~~viginti~~ octoginta quinque
milia. Senacherib fugit cum x viris tantum
intravit hebre et rediit in ninive. Cumque
adoraret in templo nesrach deum suum adra-
malech et serazar filii eius percusserunt eum
gladio et fugierunt in ararath parte ar-
menie campestre et urbem ad radicem montis
tauri per quam fluunt araxes. Et regnavit
pro eo filius eius asaradon. Indignati enim
filii in moes in patrem quod filium iuno-
rem natu prefecit eis in regem eo quod magis
diligeret in vitam ipsius quam ipsorum. In hoc

vel ostensus
autem ostensus est senacherib nequior patre quod
parricidio filiorum vastatus est. Porro ie-
rosolimite videntes stragem hostium egressi sunt
et spoliaverunt castra. Aiunt hebrei capud et barba
eius rasam ab angelo in ignominiam et impletum
dictum ysaie In die illa radet novacula ducta
in rege assyriorum capud et barba. Spolia
vero mortuorum collectores excussisse exercitus pul-
verem tantum. Illa igitur diu latet eorum cada-
vera in cinerem [De regressu solis] xx

Ezechias autem post innumerabilem et incredibi-
lem triumphi licet secundum iosephum cum populo
deo hostias immolasset non tamen digne gratias
egit illa et animo elatus est et canticum non can-
tavit sicut in huiusmodi factis consueverant patres.
propterea egrotavit usque ad mortem. Et venit ad
eum ysaias et ait hec dicit dominus. Dispone domui tue
quia morieris tu et non vives. Contristatus
ezechias eo quod filium non haberet non quod
domum relinqueret desolatam sed ne forte frustra-
retur in eo promissio facta david de christo. Et
versus ad parietem flevit amare forte ut
secretius oraret et ne astantes lacrimas eius
viderent. Vel forte ad parietem porticus templi
iuxta quam cubabat. Et quia in porticum
ascendere non potuit adorandum saltem ad faciem
eius oravit dicens. Obsecro domine memento quomodo
ambulaverim coram te in veritate q.d. Et si in aliquo
peccavi precor ne peream apud te que feci coram
te. Porro antequam egrederetur ysaias mediam
partem atrii dixit ad eum dominus. Redi et dic
ezechie. Hec dicit dominus deus david patris
tui. Audivi orationem tuam et vidi lacrimas
tuas. Ecce sanavi te. Die tercio ascendes
in templum. et diebus tuis addam xv annos.
Et de manu regis assyriorum aut redeuntis
timens liberabo te et urbem hanc propter me
et propter david servum meum. Hic apparet quod
manasses nondum natus erat qui post mortem
patris cum regnare cepisset xii erat annorum.
Et ait ezechias. Quod erit signum quia
dominus sanabit me. Cui ysaias. Vis ut ascendat
umbra x lineis in horologio aut ut
revertatur totidem gradibus. Erant enim hore diei
x. Et umbra gnomonis descendat per x
i. caeli

lineas. Dedit ergo regi optionem signi utrum vellet
quod sol faceret per spacium x horarum in mobilitate
ut rediret ad orientem et iterum in occidente die
Quodlibet autem istorum fieret adderentur xii hore
diei x hore. Similiter supra sonat hebreus d-
ius ut umbra staret x lineis aut reverteretur
quia de reditu solis ad ortum tamen agitur
non de ascensu umbre. Versum super libri regum
sit ex parte ~~descenderet~~ umbra x lineis precede-
vel ut ascendat ~~celeste~~ sole super terram per borealem plagam in ipsis te
oriente sicut tota die pro nocte sub terra p-
recede solet. Et completis x horis statim rede-
at ad locum ubi nunc est et perficiant dies isti
Et elegit rex ut rediret sol ad orientem
Qui non faceret alicui cause naturali ascribi posset
ut forte quia in alio tempore factum fuerat sicut
sub iosue. Signum tamen auditum elegit. Et statim
stans sol in oriente reversus est iterum per x
lineas per quas iam descenderat. Dixitque fecit
ysaias afferri massam ficuum et cathaplasmavit
super ulcus eius. Hebreus tamen magis expone-
dit super ulcus eius. Quidam suspicantur fuis-
se apostema aut carbunculos in carne in superfi-
cie provocare fictionibus ficus ... Porro
aquila symmachus et theodotion regium mor-
bum fuisse dicunt cui que dulcia ut supra
ut apposita utera putant. Ita dei potencia
mutata est cum prius noxias sanitatibus re-
in ipso tytulo deprehendi pro quod super mo-
dus et viceria in uno secundum septuaginta re-
cepit. Transtulit autem eam prius
et corruptas editiones magis sensum ex
quam verbum ex verbo sequens. Fecerunt
tio itaque cyro quidam arphaxat me-
dos in ebathanis struxit. Reparavit
eam et munivit eam in expugnabilitatem quia
dam partes medie sibi vendicabat ut tandem
toti medie imperaret. Nabuchodonosor vero
rex assyriorum qui regnabat in ninive
anno xij° regni sui obtinuit arphaxat
in campo ragem qui est inter eufraten
et tygrim. Hic est cambises cui pater

ad hunc [illegible] ninive et regnum assyriorum co-
essit et nabuchodonosor gubernavit Qui tunc
tempore xii illius regni annum agebat
iam in regno monarchie non nisi octo annis
regnavit. Qui postquam fecit hec memorata
exaltatum est cor eius et misit ad omnes qui
habitabant in asia et damasco et libano
carmelo et galilea et samaria usque
ad terminos exiens ab eis contra longe gubernacula
qui preses sui qui omnes uno animo contradixerunt
Tunc iratus rex per thronum suum quod de-
fenderet se de omnibus
ii°
Igitur anno xiii° regni sui precepit ho-
losferni principi militie ut egrederetur
ad regiones illas et milli hominum ut
inimicorum parceret oculus eius qui egressus
est cum exercitu magno qui operuerunt terram
sicut locuste Cumque vastasset aliquas
in mesopotamia et in madianitas
iii°
Miserunt ad eum principes provinciarum dicentes
Desinat indignatio tua circa nos Melius
nobis pacificatis et vite fruentes nos sit
placuit et descendit de montibus cum
virtute magna et obtinuit omnes civitates
et destruxit eas et omnes deos terre exterminavit
Sic enim preceperat nabuchodonosor ut ipse solus deus diceretur ab hiis
nationibus que potuissent holofernis po-
tentia subiugari
iiii°
Audientes filii israel timuerunt
valde ne similia faceret in iherusalem
et in sanctuario dei et miserunt in omnes terre
per quos poterant intrare in iherusalem et munie-
runt angustias montium et humiliaverunt
se coram deo ad exhortationem eliachim
sacerdotis filii ihesu filii iosedech et forte
alterius Quem ipse ihesus commitebat
ad exhortationem filiorum israel in montibus
et operuerunt sacerdotes altare domini cilicio
et ipsi in cinere et cilicio offerebant holo-
causta et clamabant ad dominum
v°
Nunciatumque est holofernis quod
filii israel preparassent se ad resistendum
et montium itinera conclusissent Vocavit
duces amon et moab dicens Dicite mihi quis
populus iste qui montana obsidet Aut que sunt
civitates eorum Tunc achior dux filiorum
amon venit replicans ei quomodo provi-
venisset populus iste de calden per mesopo-
tamiam in terram chanaan tempore abraham
Cumque descendisset in egiptum reduxerat
eos deus eorum in terram promissionis Cumque cum
placitus erat eis nemo poterat eis resistere
Cum vero recedebant flagellabat eos quasi
deus eorum odiens iniquitatem Nunc autem rex nabuchodonosor
duxerat eos in terram de servitute ... tenderent
eos propter peccata sua et nunc obtinebant montana
hec Et addidit achior Perscrutemur si deus eorum
offensus est eis et poterimus eos expugnare
alioquin non prevalebimus eos
vi°
Iratus holofernes dixit Ut sciat
tibi quod non est deus nisi nabuchodonosor
exhorta hora illorum populos secabis ut cum
illis pereas Tunc precepit holofernes
servis suis ut ducerent eum in bethuliam
A qua castrametatus fuerat Cumque tenderent
ei funditibularii egressi sunt ad ipsos eos et timen-
tes ligaverunt achior ad arborem et recesserunt
Funditibularii vero solventes eum statuerunt
eum in medio seniorum et populi conspexerunt
quidem de iherusalem in bethulia duos sacerdo-
tes et principem ozia de tribu symeon
Cumque exposuisset eis achior quare trans-
missus esset ab holoferni ad eos recepit
eum ozias in domum suam
vii°
Fecit etiam ut in veniret holofernes
ductum aquarum que influebant civitatem
et vigilias que ebibebant aquam de
alveo prelateres rivulos aqueductus
et interrupto aqueductu abstulit eis aquam
Erant autem non longe a muris fonticuli
fonticuli quibus cives furtive utebantur
ad refocillandum potius quam ad biben-
dum Et dixerunt amonite ad holofernem Ut in
eos obtinere sine bello et sagine appone
fontibus custodes Et apposuit et defecit
aqua de cisternis Post xx dies et cla-
maverunt populus ad eos qui venerunt de
iherusalem Iudicet dominus inter nos et vos me-
lius erat nobis servire holoferni quam siti
perire Et dixerunt sacerdotes Sustineamus ad
hunc per quinque dies si forte faciat no-
biscum deus misericordiam
viii°
Erat autem in civitate iudith vidua
tribus annis habitu pulchra nimis Sed
casta de tribu ruben que accitos sacerdotes
reprehendit eo quod temptassent dominum
et ~~deum~~ dierum imposuissent miserationis ipsius terminum
et ait ad eos Opus dei faciam sum
quod non indicabo vobis State hac nocte
ad portas civitatis Et ozias nobiscum

egrediar pariter cum abra

ix^o Cumque abiissent orauit ad dominum dicens. Domine deus
patris mei symeon qui dedisti ei gladium in
alienigenas dirige manum ancille tue. Nec
vindicauit factum symeonis quod detestatus est
iacob sed orationem factam a domino pro patria compij.
Cumque orasset lauit se et vnxit x^o
vnguento optimo et induit se vestibus iocundi-
tatis sue et vocauit abram id est ancillam suam
ut pro non ancillescit imponit sarcinule eius
ascopam vini et vas olei et polentam et lapa-
thas id est cibum oleibus confectum et panes et caseum
et profecta est. Et cum irrisisset custodes pulcritudinem
eius et orauit pro ea. Cumque descenderet monte
eam exploratores et duxerunt eam ad
tabernaculum holofernis qui statim captus est
in oculis suis. Sedebat autem holofernes in
canopeo purpura et auro et gemmis contexto. Hoc
est rete culicum muscarum dicitur a canope
oppido egipti in quo inventum est. Alij dicunt
canopeum quasi instar celi a lato ascendit in
acutum. Et dixerunt assyrij. Quis contempnet populum
hebreorum qui tam pulcras mulieres habent ut pro his
nomine pugnemus contra eos xi^o
Cumque adorasset iudith dixit ad eam ho-
lofernes. Cur placuit tibi ut ad nos
venires. Que respondit. Certum est quod in pec-
catis ibit populus meus quia offendit deum
suum. Vasa enim domini in victualibus impendit ut alie-
nigenis. In super ordinauit ut bibant sanguinem
pecorum et decimas que lex dei omnino prohibet gustu
contingi. Nam fame et siti iam inter mortuos
computantur. Et misit me dominus hec capta nunti-
are tibi qui diceret michi quando redderet eis
peccatum suum. Et tunc veniens in ciuitate te in-
ducam et habebis omnes populum sicut oues quibus
non est pastor. Et ait holofernes. Si fecerit
michi hec deus tuus erit et deus meus et
in domo domini mei habebo illum et tu magna
eris in domo nabuchodonosor. xii^o
Et fecit eam intrare ubi erant the-
sauri eius. Cumque disponeret
quid daret ei de conuiuio suo ait iudith.
Ex hijs que detuli michi manducabo
ne veniat super me ira dei. Cui holofernes.
Cum defecerint ista quid faciemus tibi. Que
respondit. Viuit anima tua quia non expendet
omnia hec ancilla tua donec faciat in
manu mea deus hec que cogitaui. Petens
itaque sibi dari copiam nocte egrediendi fo-
ras ad orandum dominum suum. Et ita per dies
noctibus exibat et baptizabat se in aquis
et orabat dominum ipsum. Quarto die fecit

exeat

holofernes cenam seruis suis. Et dixit ad bag-
oneum eunuchum. Persuade hebree illi ut sponte
te consentiat michi. Fedum enim est apud
assyrios ut mulier illudens viro immunis
eat. Et intrauit ad eam vagao. Non vereatur
bona puella introire ad dominum meum. Cui
iudith. Quid sum ego ut contradicam domino meo. Que
ei placuerit faciam et quod illi placuit illud erit
michi optimum omnibus diebus vite mee.
Et cum ornasset se stetit ante faciem
holofernis. Qui iocundus factus est bibitque
vinum quantum nunquam biberat in vita sua.
Et cum sero esset festinauerunt
serui ad hospitia sua et erat iudith
xiii sola in cubiculo. Porro holofernes
iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus.
Dixitque iudith puelle sue ut staret
foras ad hostium et obseruaret. Et orauit
cum lacrimis dicens. Confirma me deus israel
et respice in hac hora ad opera manuum
mearum. Et soluit pugionem de columpna
que erat ad caput lecti et percussit bis
ceruicem eius et abscidit caput eius et tradidit
id abre sue et tollens canopeum egressa
est. Cumque venissent ad portam ciuitatis clama-
uit aperite quia nobiscum est deus
qui fecit virtutem in israel. Et occurrerunt
ei omnes a minimo usque ad maximum cum lu-
minaribus. Et proferens caput holofernis
et canopeum ait. Confitemini domino quia
dedit nobis victoriam in manu mea
et reduxit me immaculatam. Et vocatus
est achior et viso capite holofernis
pre pauore cecidit in terram et respirans
postea adorauit iudith. xiiii
Que dixit ad populum. Suspendite
caput hoc in muro. Et cum
exierit sol capite arma et irruite in hostes qui currentes
pro nece domini sui vertentur in fugam.
Achior cernens virtutem dei
appositus est ad populum israel et circumcisus.
Orto autem sole suspenderunt caput et egre-
dientes post eos. Porro exploratores assyrij
videntes viri exire et dixerunt assyrij egressi sunt
mures de cauernis suis xv^o
Cumque non esset bagao ut excitaret
holofernem vidit cadauer sine ca-
pite et ingressus est tabernaculum iudith
non inuenit eam. Et exclamauit ad populum
Vna mulier hebrea fecit confusionem

de tre indicari

in domo nabuchodonosor et ecce caput holofernis
non est cum eo. Territi sunt ualde fugere per-
sequentes et insecuti sunt eos filii israel
percusserunt eos usque ad extremitates finium suorum.
Diebus autem xxx^ta vix collecta sunt spolia
assyriorum. Et uniuersa peculiaria que holofer-
nis fuerunt dederunt iudith. Joachim autem sum-
mus pontifex uenit de ierusalem cum uniuersis
presbiteris ad uidendum eam et benedixerunt ei. Dux xvi
cantauit iudith canticum domino dicens. In capite
duo in tympanis etc. Super hoc canticum dicunt uersus
quod dicit ieronimus super. Domine deus magne
quod cum in hebreo legitur nomen domini genera-
le sunt hic adonay domine deus quod per se est
tetragramaton. Secundum hebreos nomen domini est.
In fine cantici prophetauit. Dominus omnipotens in
die iudicii uisitabit eos et iudicabit eos
et ut urantur in sempiternum. Post hec
ascendit iudith in ierusalem cum populo et obtu-
lerunt domino uota et repromissiones suas.
Porro iudith uniuersa uasa bellica
holofernis et conopeum optulit in anathe-
ma obliuionis. Et solempnizant omnis populus
in die hanc in numero sacrorum suorum dierum recepit
uocantes cambisen sub nabuchodonosor
Et rediit iudith filia merari *rube*
in bethulia et mansit fuit de symeone
et fuit in uiduitate omnibus diebus uite sue
et completis c v annis mortua est et se-
pulta cum uiro suo manasse. Et dimisit abram
abram suam liberam. Et planxit eam omnis
populus vii diebus. Porro cambises est
egressus egiptum et uastauit eam et abhomina-
tus est religionem eius et cerimonias et templa
deposuit et edificauit babilonem in egipto. Cum
reuerteretur ab egipto contristabatur et febatur
amicis regni et mortuus est in damasco.

Post cambisen [De duobus magis et dario]
per vii menses de septem magis [Alio capitulo]
qui iudicabant regnum persarum fere in
des nomine regnum persarum obtinuit
duces patheo filia cambisis in uxore
filius senobelle ibi regnare. Post
nomine regnum mergi fratris cambisis quem puer
erat. Hunc tamen mergum cambises prius oc-
cidit in penetralibus templi solo ipso eius
eiusdem consilio huius sacrilegii et fratricidii
cuius post vii menses regni sui moreretur

ergenerdes subsituit se fratrem iuuene elegante
forme uiribus dicens hunc esse mergum filium cyri
et cambisis fratrem. Hec autem cautela regni
de facili fieri potuit in perside quia ad regem
fere nullus intrabat preter domesticos eius.
Senserant de vii magis fraudem ... sus-
suspicantes non esse mergum. Hic magus uxo-
rem habebat regis filiam habebat qui secundum lo-
quens cum ea monuit eam ut de nocte attrectans
palparet caput uiri regis et deprehendet in ipso
amculas. Hunc ... fratrem ... quondam sibi offensum cambises mutilauerat
auribus. Cumque puella deprehendisset eum
aures non habere indicauit hoc patri. Cum autem
reliquus magus hoc indicasset interfecerunt
eum et occiderunt eum et non regnauit nisi pau-
cis duo fratres. Porro vii magi cum
certarent inter se quis eorum duceret filiam regis
et regnaret pro eo placuit eis ut illi uatici-
nio uni ex eis eligeretur diluculo uenirent
super equos soli in atrio pallacii ante fores
templi et cuius equus prius hinnitum daret secundum
oraculum deorum rex constitueretur. Erat unus eorum
darius filius ystaspis qui secretius loquebatur cum
custode equorum suorum mandauit ei ut in loco ad quem
in crastino conuenire debebat equo suo de nocte
supponeret equam. Quo facto cum in crastinum
vii magi ad eundem locum deuenissent statim
ad eque memoriam equus darii hinnitum
fecit. Et sine contradictione in regem subli-
matus est. Et regnauit xxxix^o regni eius anno
persarum. Huic familiaris erat zorobabel. Cum
in interfecisset cambises reedificationem templi ad eum
ascendit zorobabel et in principio regni darii
temptauit animum regis multum sed non potuit. Tunc
persuasit dario secretius ut reuerteretur uotum deo
suum quod si enim rege fieret restauraret
eius templum et uniuersa uasa domini que adhuc
erant penes reges persarum. Reuertentes in ierusalem
Cum audissent zorobabel [De consumatione templi aggeo et zacharia]
zorobabel itaque huius regnante fiducia
liter aggressus est reedificationem templi. Aggeo
et zacharia exhortantibus populum. Quidam eis praedicabat
offensum eo quod habitaret in domibus laqueatis
et domus domini esset desolata. Hoc autem signum
ire dei esse dicebant quod seminabat multum
et inferebat parum. Principes uero regis persarum
qui erant trans flumen in dicebant reedificationem
templi. Cumque uidissent seniores iudeorum gaudens
funus hoc eis precepit cum prophetis conticere
placuit utrisque ut res ad darium referret Esdre ca vii

Et ascendit zorobabel cum amicis principum
ad regem et honoratus est ab eo supra quam spe-
rat. Nam in cubiculo regis dormiebat cum aliis
duobus cubicularijs qui erant iuniores et curam sui
et custodes omnium. Porro darius rex cenam exhi-
buit satrapis suis .i. presidibus et prefectis iudee et ethio-
pie et [illegible] cum xxvii provinciis. Eadem nocte
expergefactus nocte ducebat insompnem. Proponit
questionem tribus custodibus corporis sui quod dictum
fortius videtur eis. Rege vino an muliere. Pro-
misit munera et honorem ei qui sapientius responderet
[illegible] coram satrapis et [illegible]. Accesserunt
illi tres et ait primus: Regem esse fortiorem ceteris, cum
in hoc possit omnibus amantibus rex. Post hoc et ad
[illegible] omnia fiant ut fiunt. Secundus autem
pretulit vini fortitudinem quia cum homo non possit ceteris
nisi animi fortitudine superari vinum esse [illegible] for-
titudinem animi. Zorobabel vero mulierem fortiorem
utique asseruit. Nam et reges regibus et eis qui
vites plantant [illegible] vita conferunt et [illegible]
et ad robur usque produnt. Pro mulieribus homines
animas ponere non timent. Retulit quod se vidisse con-
cubinam quandam regis alapas regi imponentem. Cumque
ista [illegible] regem arridente et ea molesta
regem molestatum. Super hec omnia veritatem dixit
fortiorem que immutabilis est et semper manet. [illegible]
[illegible] omnia [illegible] et ad eius prudentiam
ceteris rebus regebat et nichil ei resistere
potest. Cumque omnes iudicassent fortiorem esse
omnibus veritatem dixit rex ad zorobabel ut
peteret ab eo quid vellet. Et postulavit
zorobabel fieri templi reedificationem et vasa
domini remitti in [illegible]. Gavisus est rex [illegible]
principio meminit se vovisse. Et scripsit preceptum
principibus suis qui erant trans flumen ut nullatenus
impedirent iudeos sed de suis tributis regis
iuvarent eos dantes eis per singulos dies
hostias similam vinum et sal ut offerrent ea
deo celi et orent pro vita regis et filiorum eius.
Et addidit: Cum quis hanc mutaverit iussionem
tollatur lignum de domo eius et configatur in eo,
domus autem eius publicetur. Ergo darius de-
cretum statuit quod studiose impleri volo.
Remisit quoque darius vasa domini per manum zoro-
babel qui reditum faciens per caldeam [illegible]
[illegible] suis regis mandata patefecit et
ascenderunt multi cum eo [illegible]. Igitur anno ii°
darij qui erat [illegible] regni persa-
rum mense octavo inchoaverunt opus et comple-
verunt [illegible] anno vi° darij [illegible] quod
dictum est in evangelio xlvi annis edificatum
est templum hoc .i. a primo [illegible] qui dedit
[illegible] redeundi et reedificandi templum
usque ad vi [illegible] annum darij quo co-

multa [illegible] / sit [illegible] / hic signum

summatum est tot annis floruit. Et mortuus
est aggeus et sepultus est iuxta mo-
numenta sacerdotum. Convenerunt autem filij israel
ad dedicationem templi et dedicaverunt
mense xii° qui apud latinos [illegible]
dicitur xxiii° die mensis et [illegible] fest[um]
dedicationis templi [illegible] et celebraverunt
[illegible] phase [illegible] regem domini. Deinde
[illegible] et quod [illegible]
est [illegible] quod si [illegible] est quod epyph[illegible]
dicitur [illegible] usque ad diem iudicij [illegible]
de tabernaculo [illegible]. Certum est [illegible] hebre[illegible]
in [illegible] temporibus edificationis altaris [illegible]
[illegible] manibus [illegible]
de iudea [illegible] translata tecta domini [illegible]
tabernaculum et mensa. Et mortuus est zacharias in
senectute bona et sepultus est iuxta aggeum.
Porro darius [illegible] discessissent ab eo [illegible]

Rome post [illegible] mortem
exactos reges primi consules ab
initio esse ceperunt. Usque ad [illegible]
[illegible] lapide [illegible] non
[illegible] romanum imperium [illegible]
[illegible] lapide romana tenebat [illegible]
[illegible] plebis et dictatores et [illegible]
consules rem publicam rexerunt usque ad
iulium cesarem. Pitagoras mortuus est
rome [illegible] a patribus [illegible] discessit.

Post darium filius eius xerses (de xerse) successit ei in regnum,
qui pene voluntatis honorandi dei
habuit. Eo tempore princeps sacerdotum
fuit eliachim sive ioachim filius
ihesu et erat in iudea circa res gerendas
penes sacerdotes qui prius sub regibus
et iudicibus fuit. Recepit autem xerses
egiptum que a patre discesserat. Grandem
[illegible] de eius fortitudine multa refert [illegible]
epistola. Sub hoc dicit iosephus esdram
venisse in iudeam. Sed sub archaxerse
[illegible] venisse. Post xersem
regnavit artabanus mensibus vii. Eo tempore
natus est socrates. lapis: [illegible] forma
[illegible] de celo cecidit.

Post hec archaxerses [illegible]
qui et longimanus dictus est
regnum persarum obtinuit. Eo tempore esdras
sacerdos [illegible] lege [illegible] caldeis
[illegible] quod a principio [illegible]
legis excogitavit que et facilius [illegible]
fierent [illegible] ad penitendum et [illegible] velox
scriba dictus est.

de archaxerse et esdra

dicunt fuisse esdram Josedech pronepotem ihesu et ma-
lachiam. Nec est mirandum si per se ipsum sacros libros
reparavit cum plures in diebus nostris psalterium et libros
prophetarum et plures libros hystoriographorum deletos
fuerint reparare. Addidit etiam quedam de suo
ut tytulos psalmorum et plura que leguntur
in pentateuco. Circa quod veri simile est quod superflua
intellexit ipsum subtraxisse. Tradunt etiam quod a
modo scribendi a dextera in sinistram eum tran-
sisse videbatur cum prius admodum arabum quasi
scriberent ut scriptura zet. Unde et praescriptum
[illegible] solet dici. Ebraice habebant a sinistra
in dextram et a dextra redeundo scribe-
bant in sinistram. Forte per istum modum scribe-
ndi prefiguravit ipse sanctus idipsum quod modo
[illegible] in sinistra per translacionem libri de dex-
tera in sinistram. Porro esdras invenit
gratiam in oculis artaxersis et peciit ab eo
licenciam ascendendi in ierusalem ut legem
quam reparavit erudiret populum suum. Dedit
ergo rex ei licenciam redeundi et tradidit
epistolam ad principes suos transflumine et
ad custodes arche publice ut darent
esdre sine mora quodcumque peteret ab eis
usque ad talenta argenti centum et ad frumenti
choros centum et ad batos olei centum. Sal
vero sine mensura. Ministros templi sacerdotes
levitas cantores ianitores et nathin-
neos ab omni vectigali tributo et annona
absolvit. Dedit quoque esdre potestatem ordi-
nandi et constituendi iudices et presides
transflumine secundum sapientiam suam et puniendi
contumaces sive in morte sive in exilium
sive in dampnum substancie sue aut car-
cerem. Hanc epistolam legit esdras iudeis
in babylone [illegible] exemplum eius
misit ad filios israel qui erant ultra
montes caspios. Et venerunt ad esdram
de eis sacerdotes et levite et nathinnei
[illegible] anno septimo regis
artaxersis de babylone
primo die primi mensis. Et convenerunt ad flu-
vium quod decurrit ad [illegible] Josephus de
[illegible] eufraten et prope alia flumina de-
currens in eufraten [illegible]
[illegible] ibi tribus diebus et predicavit
eis esdras ieiunium ut affligerent se
coram deo et peterent ab eo viam rectam
[illegible] esdras petere a
rege ducatum in via [illegible] manus dei [illegible]

super omnes est qui querunt eum. Et separavit esdras
de sacerdotibus xii quibus commisit vasa domini et
munera que miserat rex in ierusalem et principes
eius et populus. Et venerunt in ierusalem mense quinto et
siluerunt tribus diebus. Quarta die obtulerunt
in domum domini que secum tulerant offerentes holo-
causta in gratiarum actione. Dederuntque epistolam
regis ducibus transflumine qui honoraverunt populum
dei et domum domini. Cum egressent ad esdram
principes israel dicentes: Non separatus populus israel
a populis terrarum. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi
et filiis suis uxores et manus quoque sacerdotum et principum
et magistratuum in hac [illegible] transgressione.
Cum audisset esdras scidit vestimenta sua et flens
et orans iacuit in terra usque ad sacrificium vesper-
tinum. Cumque accessissent ad eum principes dicentes
Urgentius est discernere quid agamus quia manus
[illegible] tecum. Et convocavit esdras prin-
cipes sacerdotes et levitas ut [illegible] uni-
versos uxores alienigenas et eos qui de eis
nati erant. Et missa est vox ad omnes filios
transmigrationis. Et venerunt in ierusalem [illegible]
mensis nono qui december apud
latinos dicitur xx die mensis. Et sedens esdras
[illegible] illos qui contra legem dei se me-
[illegible]
ecce ut dimitterent alienigenas uxores. Et
respondit multitudo populus multus est et tempus
pluvie et non sustinemus stare foris et opus
hoc non est diei unius neque duorum. Eligantur
principes tibi et transi per universum israel
apud quoscumque inveniantur mulieres alie-
nigene [illegible] et invente
sunt in ierusalem. Primo apud filios ihesu filii
Josedech et fratres eius. Et statuerunt eicere
[illegible] Notandum est quod ipsum magnum sacer-
dotem habuisse alienigenam. Et quod nusquam
est a zacharia [illegible] vestibus [illegible]
ad filios eius referendum est vel quia
cum pontifex esset populus non arguebat et
ipsum fecerunt per universum israel. Et offerebant
unusquisque [illegible] apud que in veteri erat hec
transgressio arietem pro delicto [illegible] De

Neemia

Factum est in anno xxii
regis artaxersis erat pincerna regis
neemias de filiis captivitatis qui cum esset
in susis castro audivit peregrinos hebraice
loquentes. Et accedens sciscitatus est
ab eis de statu iudee et ierusalem. Et accepit
ab eis urbem esse sine muris. Et [illegible] in
ea populum dei in afflictione. Nam per dies

supveniebant in impetum hostium et noctibus mittebant
latrunculi in plateas impleabant cadaveribus occi-
sorum. Flevit neemias et abiit desiderabilem non
comedit. Nocte et die clamans ad dominum
Adhuc stabat in mensa et fundebat vinum
regi. Apparuit quod languidus erat. Cui ait rex
Quare tristis es quod ne malum latet in corde
tuo. Et videt tristem. Cui neemias: Ubi est sepulcrum
patrum meorum deserta est. Si bonum tibi videtur mitte
me et reedificabo eam. Et ait regina que sedebat
iuxta regem quando revertetur. Et constituit ei tempus re-
vertendi. Nota. Sunt qui regina hester ut quidam dicunt
nam in diebus hester hystoria illa occurrit. Nota. In
esdras in volumine secundo finiuntur. Et dedit rex
neemie epistolam ad principes transflumine in qua
mandavit de honore exhibendo neemie tanquam
duci et legato misso a latere eius et de impendijs
urbis reedificande. Et misit cum eo principes mi-
litum et equites. Et transitum faciens per babylonem mul-
tos de filijs captivitatis secum reduxit. Et venit
in iherusalem XXV° anno regni artaxersis. Secundum
Josephum. Porro in iherusalem erat summus sacerdos
eliasiphat filius eliachim. Et fuit neemi-
as tribus diebus et nocte surgens cum paucis
circuibat ruinas murorum considerans qualiter
reedificari possent. Tercia die vocatis sacerdotibus et
magistratibus dixit: Venite reedificemus muros ie-
rusalem et non simus ultra in obprobrium gentibus
manus enim dei nobiscum est et verba regis que
locutus est mihi. Christi. De reedificatione iherusalem
Surrexit ergo eliasiph sacerdos et reedificant
porta gregis. Alia translatio habet
reedificaverunt portam et probaticam piscinam
hec est porta iuxta templum per quam inducebant
pecora ad offerendum. Hec alibi tribus nominibus
dicitur. Sunt autem alibi tribus nominibus in mabeth
leem ubi iacob pavit pecora sua et pastores
vigilantes super gregem suum viderunt multitudinem
militie celestis. Item II° filij asinaa edificaverunt
portam piscium et statuerunt valvas eius et seras
et vectes. Hec respicit in ioppen et dyapolim
per quam inferebatur copia piscium. Hec secundum iosephum
postea dicta est porta David. Item III° edificaverunt
portam veterum pigmentariorum et artifices vesti-
um [?] que erant a diebus iebuzeorum et melchi-
sedech. Item IIII° porta vallis que perducebat
in valle iosaphat edificaverunt filij zacharie
Item V° edificaverunt portam sterquilinij melchias
princeps vici bethacharem. Per hanc portam
sordes civitatis effluebant in lucidantibus fluvi-
ijs in torrente cedron. Item VI° edificaverunt
portam fontis pagi [?] masphat et muros pisci-
ne syloe. Alij autem alias portas edificave-
runt prout principes et cives unusquisque

Ergastula sunt domus in quibus ad nemus
extra urbe [?] ligna secabant vel loca
ubi servi ad laborem conducendi stabant
secundum possibilitatem suam. Nec te moveant
alia nomina portarum in neemias que forte in
exteriori muro sunt ut aliqua deprehendas
alia postea sortite sunt vocabula. Via porta
negociatorum forte porta est que negociatores
negociatores ergastula sua posuerunt
obtemperabat [?] vicini a bed. Porta iudicij
potuit esse porta vetus que in fronte civitatis
sole [?] porta eminebat. Porta aquarum
potuit esse porta fontis. Porta equorum
non fuit porta civitatis sed statim erat ante
atria templi unde ad quam ascendere equis
licitum non erat. Porro neemias cum suis
non stabat operi in proprio autem cibo [?] paverunt
utebatur pro subtilitate [?]. Et consiliatus est per
annos duos et menses IIIIor licet in itinera
graviter et pluribus impedimentis.
Primo II. sunt tunc hostes in manu
forti aggrediebantur eos neemias in
media parte populi armata [?] statuit ex aliis
ut sustinerent impetus aggredientium. Alia
vero media pars edificabat una manu
ponentes lapidem et altera gladium tenentes.
Secundo Sedicio mouerit impedimentum
Porta est in fames in terra
et obligaverunt se populo debito sub usuris [?]
et agros et vineas et olivetas vendere
compulsi sunt et tandem filios et filias venun-
dare in servos. Et convocata multitudine corripuit
neemias divites et ingratos. Reddite
fratribus vestris vineas et agros et
filios quos emerunt. Excuciat eius [?]
sunt dixit. Sic excuciet deus omnem virum
qui non compleverit verbum hoc. Et dixit [?] multi-
tudo amen. Ipse cum annonas quas regi
debebat condonavit qui cum dux missus
esset a rege tamen annonas que ducibus debe-
bant non comedit a prima die qua egressus
est ergo [?] a rege usque dum redijt ad eum.
Tercium tamen fuit impedimentum quod principes
hostes transflumine qui ceteri ut ille esset sed
invidebant ei corruperunt muneribus quosdam
seniorum qui erant in iherusalem ut prodirent [?]
quod cum nequirent varias seebant [?] in
insidijs ut sic ab opere cessarent dicentes
multi venerunt ad usum te vade absconde
abscondite [?] terruerunt decantantes
ad regem quod velis rebellare et te facere
regem in iudea nolis apparere domini tui
que vero multa fingerent in hunc modum
pervaluerunt quia manus domini erat
cum eo deo [?] regnante [?] quis

pricepe

Postquam autem edificatus est murus quoniam
pauci erant habitatores in urbe, precepit Ne-
emias ut clauderentur porte ante solis
ortum et aperirentur cum calore solis. Cumque in-
iret mensis vii qui fere totus apud eos
sollempnis est convenit in urbem quasi vir unus et
recepit Neemias quod non invenit ignem de
sublimi. Traditumque est ei a senioribus quod
tempus in diebus captivitatis absconderant sacerdotes
altaris et pruinas in foveis terre in valle Jo-
saphat. Cumque venissent ad locum ... invenerunt
puteum et in eo ... Venerunt sacerdotes et pruinas
et aquam crassam et tollentes eam super strue
lignorum et hostias que erant super altare per-
fuderunt et accepit ignis. Et appellavit Neemi-
as hunc diem nephtar quod interpretatur puri-
ficatio. Alii dicunt nephi. Et orabant sacerdotes
Jonatha inchoante et ceteris respondentibus. Nee-
mias vero quia specialem edidit orationem #

Porro illa die **de observancia tabernaculorum**
... prenophetia dixerunt Esdre ut afferret librum
legis et legeret coram populo. Stetitque Esdras
super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum
iuxta portam aquarum in porta atrii sacerdotum
qui erant ... et legit de mane usque ad
medium diem. Levite vero xiii silentium facie-
bant in populo. Flebat autem omnis populus. Et dixit
ad eos Esdras: Nolite contristari quia sanctus
dies domini est. Sed ite comedite pinguia
et bibite mulsum et date partes eis qui non
paraverunt sibi. Cumque redissent in die secundo in-
venerunt in lege preceptum a domino ut habitent
filii Israel in tabernaculis mense vii in die so-
lempni. Et mandante Esdra egressi sunt et tu-
lerunt frondes olive et ligni pulcherrimi
myrte et palmarum et fecerunt sibi tabernacula
in atriis et domibus suis et in atrio domus
dei, quod non fecerant a diebus Iosue filii
Nun, et observatum est deinceps in Israel usque
in hodiernum diem.

Die vero octava fecerunt collectam iux-
ta ritum ... ut signum daret tan-
te ... sicut per annum adolentes et pa-
nes propositionis et ligna et sacrificia per-
petua in diebus festis et precepto. Die vero
xxiiii quia audierant a lege Ammonites et
Moabites non intrare ecclesiam dei, a ligen-
genis et immundiciis suis statuit in crastinum
generale ieiunium ut affligerent animas homines
et iumenta usque ad pueros septenos. Et con-
venerunt omnes ad audiendam legem.

quam in die et quarta in nocte tempore ... ...
nebat populus ad orandum et fiebant preces super
eum et tandem ... sacerdotalibus ... ut
dicat ... ... Nam et supra quod
legit et levite proclamaciones faciant in populo et
omnes ... ad eccam et similiter ... pertinens
eo modo quo illi ... in nocte surgimus
ad nocturnos secundum id: Media nocte surgebam
ad confitendum tibi. In die vero septies psallimus
secundum illud: Septies in die laudem dixi tibi. Singulis
autem horis quod legit ... capitula dicimus in diebus
postquam psallimus ad preces festis et subdit
oratio per ... **de dedicatione muri et obitu Neemie**

Porro Neemias urbem fere vacuam videns
habitantibus rogavit optimates ut habita-
rent in urbe et benedixit eis qui sponte se ob-
tulerunt. Reliqua vero multitudo misit sorte
et supra quam sors cecidit decimum caput fecit
habitare in urbe. Post aliquid temporis congregati
sunt in urbem ad dedicationem muri et ascendentes
sacerdotes et levite et cantores cum musicis in-
strumentis et psallentes incedebant per murum.
Esdras vero precedebat Neemias et optimates
cum eo super alteram partem muri incedebat psal-
lentes. Reliqua vero multitudo sequebatur
eos per terram et ducebant choros. His
expletis rediit Neemias ad regem anno
xxxii regni sui. Et mortuus est Esdras
in senectute bona et cum multa liberalitate
sepultus est in urbe. Hunc quidam Hebrei
autumant fuisse Malachiam. Sed Malachias
post regressum captivitatis natus est in Judea
in Sopha. Et quia mire optimus fuit et aspectu
decorus populus appellavit Malachiam id est angelum.
Traditur etiam quod que prophetice dicebat
eadem die eciam angelus apparens iterabat
et mortuus est adhuc iuvenis et
sepultus est in agro suo.

Porro circa fine dierum suorum rediit
Neemias in urbem ex beneplacito regis et mala
intellexit que fiebant in ea. Sacerdotes
namque in diebus vicibus suis non habitabant in ga-
zophilaciis regis circa templum sed in domibus
propriis cum omni domo sua et custodia vasorum
domini posuerunt in domibus secretis a templo
et edificaverunt de propriis gazophilacium in
quibus exuibabant sacerdotes et reponebant
vasa preciosa in ... ... calamitatem ... ...
... in sabbato et in ... ...
et ... ... quoque
inferebant pisces et venalia et vendebant

Quod est in prologo in epistola libri primi Machabeorum ... [?] cum Jonatha inchoante qui an Machabeus
fuit ... ... quod hic presentis non est historia sed recapitulatio ubi de quibusdam prologus
sit exhortatio ad ... ... de ... prologo quod fuit in ... per ... ...
ubi ... ... ponit

sabbatis filiis iuda. Et ob hoc increpavit neemias opti-
mates .d. Cum quievissent porte die sabbati, et induceret
ma dni sup ipsat l. sup omne celsitudinem et admonuit
eos de custodia sabbati, et precepit claudi portas
in sabbato ne intrarent negociatores. Et manserunt
extra ipsam semel et bis et contestatus est eis ne-
emias quod si deinceps venirent manum mitteret
in eos et recesserunt. Fecit neemias in templo bi-
bliothecam congregans libros de regibus et prophetis
et david et epistolas regum et de donariis. Et pro hiis
omnibus que fecit oravit neemias ad dominum
dicens: memento mei deus meus in bonum. Huc usque
scripta est series hystorie ab annalibus hebreorum
que vero post hec apud iudeos gesta sunt de
scriptis iosephi et affricani exhibentur. Et preter
hester et de libro machabeorum que quidam ab in-
deis scripta autumant. Et iuda agens et inve-
teratus est neemias vir benignus et sepultus
iuxta muros quos edificaverat. Et post arthax-
xersen regnavit xerses duobus mensibus post
quem sogdianus in mensibus sex post quem regna-
vit darius cognomento nothus sub quo egiptus
recessit a persis.

Ea etate solis defectio facta est et ignis
de ethna erupit. Plato natus est. Ypo-
crates medicus claruit. Dyonisius in sicilia
tyrannide erat. Post darium rex regnavit
artaxerses qui cognominatus est memor. darii
et parisatidis filius. Hic ab hebreis dicitur assuerus
sub quo hystoria hester scripta est. Hystoria hester

Librum hester transtulit ieronimus ad peticionem
pauli et eustochii de hebreo in latinum
et quia in greco corruptus erat per
varias editiones. Revolvens enim
de archivis hebreorum et diligenter transtulit
de verbo ad verbum. Regnavit assuerus ab
india usque ethiopiam super centum xxvii provin-
cias. Et erat in susis civitate solium regni eius.
Tercio igitur anno imperii sui fecit
grande convivium cunctis principibus et electis
pueris coram se. Centum et lxxx diebus in domo
illa mirabili de qua legitur in hystoria allexan-
dri. Cuius columpne erant argentee tectum in-
star firmamenti, quicquid variis gemmis diversi
coloris in figuram siderum et signorum dispositis.
Post hos dies convivii invitavit omnem populum
qui erat in susis et discubuerunt extra domum
septem diebus in vestibulo orti delicie et ... i...
to erat. Vimen hinc unde vites argenteas aereas cir-
cuteos et palmites aureos et botros ex
variis gemmis distinctos. Super convivan-
tes extensa erant tentoria que appendebantur
columpnis argenteis et marmoreis cir-
culis eburneis usque festum funibus bissinis
atque purpureis. Lectuli quoque aurei et argentei
dispositi erant super pavimento smaragdino
et pario stratum lapide. Bibebant autem omnes
in aureis poculis vinum purum et precipuum [?]
nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum
sicut mos erat apud persas. Vasti re-
gina fecit convivium feminis in palacio regis.
Die autem septimo cum rex incaluisset mero pre-
cepit septem eunuchis ut introducerent reginam
decore suo ut ostenderet omnibus pulcritudinem eius
que ad imperium regis venire contempsit. Et
iratus rex quesivit a septem sapientibus
qui videbant faciem regis cum sine velo [?]
subiaceret. Et respondit: non lesit solum regem
sed omnes viros regni tui. Ita enim exemplo
mulieres perpendent imperia virorum. Pro-
deat ergo edictum a facie tua ut vasti
non ingrediatur ad regem sed altera
melior regnet pro ea. Et exiit edictum
per omnes provincias per epistolas regis ut
principes regis ad eum. Querantur regi puelle
virgines. Ma et speciose et
tradant aggeo eunucho ad custodiam
et accipiant mundum muliebrem et vestes
et cultus ornatus. Unus et ministros
mundicie dos vocavit et quecunque oculis
regis placuit regnet pro vasti. Placuit
sermo regi et iussit hec fieri. Erat
in susis iudeus vocabulo mardo-
cheus de tribu beniamin qui deportatus
accedat de transmigracione iechonie. Hic
nutrivit filiam fratris edissam que hester
vocabatur quam orbatam utroque parente mar-
docheus adoptavit in filiam. Hec
ut cetera tradita est eunucho et in-
dicavit populum suum et cognationem mandante
mardocheo. Et invenit graciam in oculis
eunuchi et acceleravit ei cultum mulie-
brem et dedit ei septem puellas que
ornarent et extollerent. Porro in-
per sex menses ungebant oleo mir-
tino aliis sex quibusdam pigmentis et aro-
matibus utebatur et post annum ingredie-
batur ad regem. Et que vespere intrabat egredie-
batur mane nec poterat redire nisi rex
nomine iussisset eam venire. Mardocheus
autem assidebat in vestibulo domus re-
gie curam agens salutis filie. Tandem

instabat dies quo Hester filia Abiel intrare
debebat ad regem. Nec quesivit ab Aggeo cu-
ra muliebrem sed posuit in voluntate eius qui
tenebat puellis dare quecumque petissent. Et in-
travit ad regem anno vii regni eius mense x°
qui hebraice dicitur thebeth latine ianuarius et
invenit gratiam apud regem. Et fecit eam regi-
nam pro Vasti. Et celebravit nuptias princi-
pum. Et mandavit precones qui aggarii dicun-
tur [illegible] requiem in universo regno propter
nuptias. Mardocheus autem qui frequentabat
morabatur in Babylone ubi et adducta fuerat Hester
constitutus est in Susis. Eo tempore irati sunt regi
duo eunuchi ianitores et machinabantur
interficere regem. Quod non latuit Mar-
docheum et indicavit Hester. Et illa ex nomine
Mardochei detulit ad regem. Quesitumque
est et inventum. Et appensi sunt in patibulo.
Et traditum est coram rege in annalibus in quibus
reges accidentia sui temporis redigebat.
iii°
Post hec Assuerus
exaltavit Aman et Amalechitem
qui erat ex stirpe Agag quem Samuel
trucidavit. Et adorabant eum servi regis
preter Mardocheum qui propter patris legem ge-
nu coram eo non flectebat. Quod attendens
Aman indignatus est. Et accipiens eum He-
breum ait. Perse liberi flectunt genua
servi autem sunt de dignitate. Et disposuit per-
dere iudeos qui erant in regno Assueri veteri
motus odio quia iudei deleverant Ama-
lechitas. xii° itaque anno regni Assueri
mense primo missa est sors in urnam que he-
braice dicitur phur per singulos dies coram Aman quo
die et quo mense iudei deberent interfici. Et
exivit mensis xii. Dixitque Aman ad re-
gem. Est gens dispersa per regna tua nova
aut pace est dissimulanda. Est gens
in regno tuo dispersa ceteris novis legibus
legibus usus et regis statuta contempnens. Ex-
pedit tibi ut non insolescat. Decerne
ergo ut pereat et ne dispendium sentias
in tributis x talenta appendam archariis
gaze tue. Tulitque rex anulum quo utebatur
et dedit illi. Aman dixit argentum tuum
sit et de populo age quod tibi placet. Tunc
scripsit Aman ex nomine regis scribis anulo
regis signatas in omnes provincias ut
occiderent iudei a parvulo usque ad

senem et bona eorum diriperent tua quarta die xiiiª
mensis xii. Statimque in Susis pependit edictum.
Quod cum legissent iudei iiii°
fleverunt. Sed et Mardocheus indutus est sacco
et aspersus cinere magna voce eiulabat pro foribus
palacii. Non enim prohibebatur indutus sacco in-
trare palacium. Quod cum accepisset Hester
contristata est et misit ei vestem qua indutus
intraret ad eam quam accipere noluit. Sed
significavit eam fletus eius per eunuchum et
exemplar edicti quod pendebat in Susis misit
ei monens eam ut intraret ad regem et
supplicaret ei pro populo suo. Que rendit. Iam
xxx diebus non sum vocata ad regem et
decretum est ut qui non vocatus accesserit moriatur
nisi forte rex auream virgam ad eum intenderit.
Remisitque Mardocheus ad eam. Quid scis utrum
idcirco ad regnum veneris ut in tali tempore parareris.
Si enim silueris per aliam liberabit deus populum
suum et tu et domus patris tui peribitis. Tunc mandavit
Hester Mardocheo ut omnes iudei qui erant in
Susis pro domina ieiunarent et orarent pro ea
sed et ipsa ieiunavit.
v
Die autem tercia induta regalibus stetit
in atrio domus ut basilica regis cum duabus
puellis quarum una innitebatur, altera
sequens longitudinem vestis sue in lumbo defluentis
portabat. At ille sedebat supra solium con-
tra hostium domus. Qui cum respexisset eam
torvo vultu collapsa est. Cumque rex vidisset
Hester lapsam placuit ei. Et extendit virgam
eam virgam auream. Et surgens venit ad eam
et fovens eam gremio consolabatur dicens. Noli timere
pro subditis lex data est non pro te. Michi coreg-
nas. Que surgens et accedens osculata est
summitatem virge. Et ait rex. Quid vis Hester
quodcumque pecieris dabit tibi. Que rendit
obsecro ut venias ad me hodie et Aman
tecum ad convivium. Veneruntque ambo ad convivium
regine. Cumque rex bibisset ~~vinum dixit ait pete~~ Que rndit
quid vis Hester et impetrabis. Obsecro ut veniat cras
rex et Aman ad convivium et indicabo ei cor meum.
Egressus itaque Aman letus. Cumque vidisset Mar-
docheum non assurrexisse sibi indignatus est.
Et convocans uxorem et amicos exposuit eis omnem
gloriam suam addens quod eum solum cum rege Hester
vocavit ad convivium. Verumtamen se nichil habere
reputabat dum videret Mardocheum. Et dixit
ei. Iube parari trabem vel arborem et suggere regi
ut appendatur Mardocheus in eo ut facias leg

ad convivium et iussit parari crucem. VI°

Nocte illam rex duxit insompnem et iussit sibi legi annales. Inventum est ad locum ubi scriptum erat quod Mardocheus nunciaverat ei factum eunuchorum. Et ait rex quid honoris consecutus est Mardocheus pro hac fide. Et dixerunt ei nichil. Et quesivit rex quis esset in atrio. Et dixerunt pueri Aman. Venerat ut suggereret regi de morte Mardochei. Cumque vocatus intrasset Aman dixit rex ad eum Quid debet fieri viro quem rex vult honorare. Qui cogitans se predam esse respondit Debet indui stola regia et coronam dyadematis et sedere super equum regis. Et primus de principibus teneat equum et pariter incedens clamet Sic honorabitur quem rex voluerit honorare. Dixitque ei rex Festina fac ut locutus es Mardocheo caveas ne quicquam ex his pretermittas. Et fecit Aman Mardocheo eo modo ut locutus fuerat qui prius renuebat putans sibi illudi ab Aman. Sed veritate cognita assensit. Et rediit Mardocheus ad fores palacii. Aman vero festinavit in domum lugens et operto capite. Et dixerunt ei amici eius Si de semine Iudeorum est Mardocheus ante quem cadere cepisti non poteris ei resistere sed cades. Et ecce nuncii regis compellebant eum intrare

VII°

Et intravit cum rege ad convivium et cetera. Et ait rex Pete quid vis Hester. Que ait Dona mihi animam meam et populum meum ne pereamus. Utinam in servos venderemur et gemens tacerem. Et ait rex Quis est qui hoc audeat facere. Que ait Hostis noster est iste Aman. Quod ille audiens obstupuit. Rex autem iratus surrexit et intravit in ortum. Aman vero supplicabat regine pro anima sua. Cumque reversus esset rex reperit Aman corruisse super lectulum in quo iacebat Hester et ait Etiam reginam vult opprimere me presente. Et dixit Harbona eunuchus En lignum quod paravit Mardocheo stat in domo Aman. Et ait rex Appendite illum in eo. Et suspensus est Aman in patibulo.

VIII°

Et dedit rex Hester domum Aman et ingressus est Mardocheus ad regem. Confessa est enim Hester quod patruus suus esset. Et dedit rex anulum Mardocheo quem ab Aman recipi iusserat. Hester autem constituit Mardocheum super domum suam. Que iterum flens cecidit ad pedes regis supplicans ut litteras revocet quas scripserat Aman contra Iudeos in universis epistolis [illegible] faceret. Et acquievit rex et scripsit Mardocheus litteras anulo regis signatas ad principes et principes ne occiderent Iudeos, immo illos qui parati erant ad occasionem Iudeorum interficerent Iudei. Et multi populi [illegible] eorum iuncti sunt eis. Et factum est nove Iudeorum celebritas ut plurimi de gentibus religioni eorum iungerentur. Et recordatus est Mardocheus sompnii quod viderat et interpretationem eius intellexit. Et hoc erat sompnium. Apparuerunt ei voces et tonitrua et terremotus super terram. Et ecce duo dracones parati contra se in prelium ad quorum clamorem nationes excitate sunt ut pugnarent

duo

contra regem iustorum. Et fuit dies illa tenebrarum et discriminis. Et conturbata gens iustorum clamavit ad dominum. Et ecce fons parvus crevit in fluvium maximum. Et orta est lux magna et humiles exaltati sunt et devoraverunt inclitos. Et ponitur in eadem epistola quam scripsit pro Iudeis Assuerus rex in hunc modum. Ne putetis si diversa iubemus ex animi nostri venire levitate sed pro qualitate et necessitate temporum, ut rei publice poscat utilitas. Quidam multi [illegible] honore collato abusi sunt in superbiam et in [illegible] qui dederunt moliuntur insidias. Aman [illegible] Macedo et ex obliquo [illegible] gentem Persarum [illegible] in terminum ut regno nostro [illegible]. Nam et Mardocheum [illegible] et consortem regni Hester cum omni gente sua novis machinacionibus expetivit ad mortem cogitans ut illis interfectis me [illegible] solitudini et regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos vero minime deprehendimus Iudeos [illegible] regnum [illegible] est et usque hodie custodiri Iudeos ab [illegible] hostes eorum interfici in [illegible].

IX°

Igitur XIII die mensis XII percusserunt Iudei hostes suos plaga magna usque ad interfectionem. Et Mardocheus vero celebraverunt convivia cum gaudio preterea [illegible] et in Susis necaverunt viros D. XIIII die obtinuit Hester ut occiderent in Susis hostes Iudeorum et suspensi sunt X filii Aman et de aliis CCC. Preterea Iudei qui habitabant in Susis de [illegible] occasioni vacantes XV die convivia celebraverunt. Et precepta mandavit Hester et Mardocheus hos II dies in anno sollempnitati recipi et dies phurim id est sortium observari a Iudeis ut memoria rerum nulla deleret oblivio. Hos dies vocat Iosephus [illegible] quos Iudei de merore in gaudium sunt conversi [illegible] Mardocheus ad [illegible] te in mensem qui [illegible] ut dies isti sollempnes haberentur Iudeis in perpetuum.

In adeam

In diebus Assueri Athenienses XXX [illegible]. Ubi cepit annus XVI [illegible] Senones Galli duce Brenno Romam incenderunt excepto capitolio [illegible] militares pro consulibus ceperunt. Obiit [illegible] Democritus [illegible] Diogenes [illegible] clarueruntur. Aristoteles audivit Platonem XVIII annis agens

erat autem

Post assuerum regnavit artaxerses **De ocho**
qui ochus dictus est hic misit va
gosi prefectum huius regionibus tristissime en
antes Erat autem in diebus suis summus sacerdos iohannes
qui inde patri suo successerat Frater iohannis ihesus
qui ad pontificatum aspirabat et propterea vagosi
amicitiam comparavit sibi Dum enim confideret in eo
fratribus in templo ad usurpandum iohannem ad iracundiam frater
occidit Vagosus indignatus ascendit
in templum Cumque prohiberent eum ab ingressu templi respondit
nunquid ego sum cadaver quo templum prophanasti
ingressus templum spoliavit et imposuit tributo
templi tributa annis vii a quibus per iudeum eisdem
absoluti fuerunt Porro ochus egiptum ad
se revocavit impulso nectanabo rege in
ethiopiam pulso in quo egiptiorum regnum
destructum est Idem ochus apud asinum iudeorum
captam in hircania circa mare caspium collocavit **In adacia**
Eo tempore romani gallos superaverunt demostenes
et lysodes claruerunt obiit plato
postque speusippus tenuit achademiam **De ar**
Post ochum regnavit **samo et filio eius dario**
filius eius arsam Et mortuo iohanne
filius successit ei filius iaddus in sacerdotium Post
arsamum regnavit filius eius darius Hic prefectum
regionibus tristissime sanaballath de gente cuthea
ex quibus samaritane descenderunt Erat autem
iaddo frater manasses ad pontificatum anhelans
quod nicaula filia sanaballe generis
quid te oporteat facere. Viri autem qui
comitabantur cum eo stabant

stupefacti audientes quidem vocem
scilicet pauli non eius qui loquebatur
cum eo. Neminem autem videntes. ex quo
arguitur quod ipse paulus vidit d(ominum). [illegible]
[illegible] autem lumen quidem vide-
runt vocem autem eius non audie-
runt [illegible] [illegible] [illegible]. Sur-
rexit autem saulus de terra et apertis oculis nichil
videbat. sicut est cecus [illegible] qui
prius fuerat cecus mente. Ad manus
autem illum trahentes [illegible]
s. pueris [illegible] suis [illegible] [illegible].
[illegible] ducentes introduxerunt
illum Damascum et ubi erat
tribus diebus non videns neque
manducavit neque bibens. [illegible]
[illegible] [illegible] a spiritu sancto do-
ctus esse. [illegible] [illegible] in epistola
ad Galathas [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] aliud magis [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] quod [illegible] esse [illegible]
[illegible] [illegible] a spiritu [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] per [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

ang

primum annum paulus dum erat a kal. ianuarii
qui est annus usualis tunc secundum hoc fuisse paulus
Si autem computetur ab ipso die paulus usque in
sequentem diem paulus anno revoluto quod est
annus integer in primo anno dum erat paulus iustus
est paulus. Quod ananias ex mandato
domini visitavit eum

Erat autem damasci discipulus quidam
nomine ananias et dixit ad illum
in visu i. in visitatione dominus Anania. At
ille ait Ecce ego domine pater qui tibi obe-
dio. Et dominus ad eum Surge vade in vicum qui
vocatur rectus et quere in domo iude saulum
nomine tarsensem ecce enim orat. Forte primum
nomine hospitis sui erat iudas. Vel forte
erat de tribu iuda. Vel forte potest in domo iude
i. inter iudeos qui ibi erant de illa tribu
Vel in domo iude i. in vico iudeorum. Vicus
autem dicitur a civitate vicinia ut dicit rabanus
ut quidam dicunt vici vicinia civitatis et tunc
et sepe alibi aliter accipitur. Et ne timeret
ananias venire ad paulum quem reputabat
adhuc persecutorem christianorum addidit
dominus Ecce enim orat q.d. non est timendus
quia factus est de saulo paulus de lupo agnus
et ecce revelavi ei adventum tuum. Et
enim vidit in spiritu te intrantem ad se et imponen-
tem sibi manus ut visum recipiat. Respondit
ananias Domine audivi a multis de viro
hoc quanta mala fecerit sanctis tuis in ierusalem
Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alli-
gandi omnes qui invocant nomen tuum. Ad
quem dominus Vade quoniam vas electionis mihi
est iste i. vas electum in fornace tribula-
tionis probatum ut portet nomen meum coram
gentibus et regibus et filiis israel. Et tunc quando
baptizabis eum. Ego enim solus docebo eum
Ostendam ei quanta oportet eum pati pro nomine
meo ut puniatur ecclesia quod persequebatur vas
electum in mala que intulit sanctis persequens
eos. Abiit ananias et introivit veniens
ad hospitium pauli intravit ad eum et
imponens ei manum dixit Saule fra-
ter dominus misit me ihesus qui apparuit tibi in via qua venie-
bas misit me ad te ut videas interi-
ori et exteriori oculo ut implearis

spiritu sancto i. ut spiritum sanctum plenius accipias per eam
in baptismo. Et confestim ceciderunt ab
oculis eius tamquam squame et visum re-
cepit. Et surgens baptizatus est Et cum acce-
pisset cibum confortatus est. Fuit autem cum discipulis
qui erant damasci per dies aliquot. Et
continuo ingressus synagogas predicabat
dominum ihesum quoniam hic est filius dei. Stu-
pebant autem omnes qui audiebant eum et di-
cebant Nonne hic est ille qui expugnabat
in ierusalem qui invocabant nomen istud et nunc
ad hoc venerat ut vinctos eos adduceret
ad principes sacerdotum. Saulus autem magis
convalescebat in christo et confundebat iudeos
qui erant damasci affirmans quoniam
hic est christus. De insidiis iudeorum in
paulum

Cum autem implerentur
dies multi consilium fecerunt
iudei ut eum interficerent. Et ideo
quod dictum est Cum implerentur dies multi post
videtur non fuisse factum in primo adventu
damasci sed in secundo. Quia forte transivit
in syriam et ciliciam et ibi predicavit et multos
convertit. Postea cum rediit damasci
quia magis confirmatum in vita iudeorum
in secundo adventu damasci statuerunt eo
alium ut eum occiderent. Et notificate
sunt ei insidie iudeorum et custodiebant por-
tas civitatis die ac nocte ut eum dolo interfice-
rent non iudei sed cives damasceni cum
rege sua aretha. Unde ipse scribit in epistola
secunda ad corinthios Damasci prepositus
arethe regis custodiebat civitatem damas-
cenorum ut me comprehenderet ad petitionem
iudeorum. Discipuli autem eius nocte dimi-
serunt eum in sporta per murum. Et inde ergo
in greco additum non est eius sed discipuli
simpliciter sic non dicit in vetustiori erat hoc
nomen paulus. Cum venisset autem paulus in
ierusalem damascenorum venit in ierusalem volens se
iungere discipulis dum cum apostolis sed omnes time-
bant eum non credentes quod esset discipulus. Ut
barnabas cyprius levites qui ut
supra dictum est pretium agri venditi po-
suit ad pedes apostolorum apprehensum illum
duxit ad apostolos et narravit quomodo in
via vidisset dominum et quod locutus est
quia non habebat paulus discipulos sed omnes christiani
tunc dicebantur discipuli.

ei et quomodo in Damasco fiducialiter egit in nomine Ihesu. Duos autem apostolorum vidit veniens in Iherusalem, in epistola ad Galathas ostendit, scilicet Petrum et Jacobum episcopum Ierosolimorum, cum quibus mansit xv diebus. Dicit ipse in epistola ostendit dicens: Deinde post tres annos a conversione mea veni in Iherusalem videre Petrum et mansi cum eo xv diebus. Alium autem apostolorum neminem vidi nisi Iacobum fratrem domini. Et erat cum illis scilicet Petro et Iacobo et aliis discipulis ingrediens in Iherusalem intrans et exiens per xv dies. Deinde venit in partes Syrie et Cilicie et ibi loquebatur gentibus et disputabat cum grecis, id est cum iudeis in gentibus dispersis. Hec autem hystoria primitive veritatis studet quod totum in Iherusalem factum fuerit. Nam precedit series hystorie: Et erat cum eis intrans et exiens in Iherusalem fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur quoque gentibus et disputabat cum grecis. Illi autem iudei scilicet conspirantes inter grecos cum quibus disputabat volebant eum interficere. Quod cum cognovissent fratres deduxerunt eum Cesaream, que civitas est Palestine. Et inde dimiserunt eum Tharsum, que civitas est a alide, unde ipse oriundus fuit. Postea redit hystoria ad Petrum de actibus diversorum apostolorum agens quomodo in [...] instabant.

De curatione Enee

Factum est autem ut Petrus dum predicando discurreret veniret Liddam. Invenit autem ibi quendam hominem nomine Eneam paraliticum ab annis viii in grabato iacentem. Et ait Petrus illi: Enea, sanet te dominus Ihesus Christus. Surge et sterne lectum. Qui prius [...] de lecto potuit surgere et statim surrexit. Et viderunt illum omnes qui habitabant Liddae et Saronae et conversi sunt ad dominum. Erat autem in Ioppe quedam discipula nomine que hebraice dicitur Thabita, grece autem Dorcas, latine autem damula vel caprea. Erat autem ~~aramaice~~ hebraice Thabita in [...] puella. Vel Thabita annis nupta [...] puella surgere et perdiu sic [...] se nuptias non [...]. Hec autem erat plena operibus bonis et elemosinis quas faciebat et papire in consuendo vestibus pauperum insistit laboris impendebat. Factum est in diebus illis in quibus Petrus venerat Liddam ut infirmata moreretur. Quam cum lavissent corpus posuerunt in superiori cenaculo. Cum Lidda esset prope Ioppen discipuli audientes quod Liddae esset Petrus miserunt ad eum ii viros dicentes: Ne pigriteris venire usque ad nos. Et non apperuerunt ~~[...]~~ ei cum illis. Exurgens autem Petrus venit cum illis. Cum advenisset duxerunt eum in cenaculum ubi iacebat Thabita mortua. Et circumsteterunt illum omnes vidue flentes et ostendentes ei vestes quas faciebat illis Dorcas ut operibus misericordie opera dedisse ostenderent et sic Petrum ad compassionem commoverent. Eiectis autem Petrus omnibus foras, non tamquam propter aliquid faceret quod nollet alios latere, ut qui magicis artibus vel consilio demonum aliquid machinantur, sed ingenium suum volens imitari qui filiam archisinagogi suscitaturus omnes de domo eiecit parentibus exceptis. Vel forte illi non erant visione miraculi digni. Eiectis omnibus foras, facta genuflexione adoravit. Et conversus ad corpus dixit: Thabita surge. At illa aperuit oculos et viso Petro resedit. Dans illi manum erexit eam. Et vocatis quos eiecerat reddidit eis vivam. Et notum factum est hoc miraculum per universam Ioppen et multi crediderunt in dominum. Et mansit est Petrus in Ioppe multis diebus apud Symonem coriarium, sic a corio [...] ut cunctarum quia forte cum alio erat non dictus est [...] a comodate [...] probatum [...].

De conversione Cornelii

Decimum capitulum

Vir autem erat in Cesarea nomine Cornelius centurio cohortis que dicebatur Ytalica, quia missus fuerat a Roma vel a civitate que est in Ytalia, quod romani imperatores mittebant milites suos per civitates ad custodiendas civitates. Et erat religiosus et timens deum. Religiosus spectat ad gradum timoris. Timens in fra gradum religionis, id est pietatis. Continua in gradus [...] donorum, scilicet quis gradus pietatis est super gradum timoris. In quantum ergo religiosus

est supra gradum timoris. In quantum times
deum est in secundo gradu religionis. Ut non re-
ligionis intelligatur hic sed spiritus pietatis.
Erat in qua religiosus cum omni familia sua
que religiosa erat et timorata faciens elemosinas
multas plebi non acceptione personarum. Iste erat
erat quasi hora nona diei vidit in visu manifeste
id est manifesta visione non per sompnium illi certa-
rii angelum dei introeuntem ad se et dicentem sibi
ad se Cornelii. At ille intuens in eum timore cor-
reptus dixit quis es domine. Ait angelus
Orationes tue et elemosine tue memorate in conspectu
ascenderunt in dei. Et nunc mitte viros in Ioppe et accersi
Symonem quendam qui cognominatur petrus.
Hic hospitatur apud Symonem quendam coriarium
cuius domus est iuxta mare. [illegible]
Ioppe civitas terre repromissionis erat in mari
[illegible] proxima et in capite orientali lit-
tore sita et prope littoris erat domus Symo-
nis coriarii hospitis petri. Hic inquit dicet
tibi quid te oporteat facere. Dicit cornelio
datum est ab angelo orationes tue exaudite
sunt. Unde videtur constat eum habuisse fidem quia in hoc
commendatur cornelius quia merito fidei vitam
ad operum et non istam vitam. Nondum tamen
credebat christum incarnatum quia de tempore in-
carnationis erat ignorans an iam incarnatus
an adhuc incarnandus. Non tamen ab ea erat sal-
utis fidei eius qui cum fidem incarnationis
habet salvus fide potest esse in ambiguo
an iam necesse an adhuc in carne ventus
esset. Quando nulli scriptura permanatur christum
natum esse preterea quod natus est ut Symeon
usque ad xl diem [illegible]
esset eos ~~[illegible]~~ fidem incarnationis habuisse
quia tempus de articulo fidei non est [illegible]
cum non dum esset eis predicatum ut in spiritum
quia iam natus esset. Salvo fide habent eius
esse in ambiguo an iam natus esset an adhuc
nasciturus. Cum discessisset angelus qui loquebatur cor-
nelio vocavit duos domesticos suos
et militem metuentem deum ex his qui de domesticis
datum non est qui constabat familia eius
religiosa esse et timorata. Quibus cum nar-
rasset singula misit eos in Ioppe.

De visione petri

Postera autem die
illis iter facientibus et appropinquantibus
civitati ioppe vel apen-
tibus secundum aliam litteram ut iam possent
videri hospitium petri id est domum Symo-
nis coriarii ascendit petrus in superi-
ori cenaculo hospicii sui circa horam
sextam ut in secreto oraret et post oratio-
nem ederet quia tempus erat comedendi.
Et ipse patebat refectionem. Et para-
tibus illis cum ipse esset in oratione
cecidit super eum extasis quod deo
operante passus est alienationem mentis
ita ut non uteretur sensibus humanis. Et in
huiusmodi extasi vidit celum apertum id est aere
et de aere aperto descendit vas quoddam
velud linthea magnum de celo sub-
mitti id est a quattuor lintheis vel lateris
vel initiis que [illegible]. Dicit
autem [illegible] mollis quibus
[illegible] pueri in cunabulis [illegible]
[illegible] ut [illegible] materia ut de [illegible]
ad opus nobilium. Videbatur ei vas
id est linthea quattuor cornibus alligatum
aere appensum et ita dimitti in terram
et in eo esse quadrupedia omnia quadru-
pedia et serpentes terre. Et cum esuriret
facta est vox ad eum dicens. Surge petre
macta et manduca. Christus dicebat
ei in spiritu transi ad gentes et occi-
de in eis vitia. Et ait petrus absit
domine quia numquam manducavi omne
commune aut immundum. Et est ydioma
hebreorum reputantium alios immundos
quibus utebantur gentes. Un-
de eos vocabat communes quasi immundos.
Abhorruit ergo petrus quod datum est
ei manducare quia omnia ei fuerunt
quadrupedia et serpentia secundum legem
immunda quia grave videbatur ei
uti cibis prohibitis in lege. Et maxime
timebat reprehensionem iudeorum si uteretur
cibis gentilium. Et non cum ita abhor-
ruisset facta est vox secundo ad eum dicens.
Occide et manduca. Cum autem omnia
ei fuissent serpentia terre contraria
fuisse pro [illegible] ~~ad comedendum~~
da non aliam sive iudeo sive
[illegible]

gentilis ad conuersionem munda vocauit
factum est per ter. Vas semel et tamen iterato in
celum dimissum et nunc est audita est pro conuer-
sione danda fide veritate visionis ut fide firmaret
Vel ut dicit Ambrosius in chathetismo fit trina
iteratio scilicet credis in deum. Abrenuncias sathe-
ane. Vis baptizari. Confitentia trina in trinitate
in fide in sapientia in peccato. In bap-
tismo trina immersio. Post hec vas omnino
receptum est vas in celum. Et dum intra se
cogitare cepisset petrus quid esset vellet hec
visio. Ecce tres viri quesierunt qui missi
fuerant a cornelio querentes domum Symo-
nis coriarii steterunt ad hostium querentes si
Symon qui cognominatur est petrus illic haberet
hospitium. Cogitante petro de visione dixit
ei spiritus. Ecce tres viri querunt te. Tamen
tamen cum querunt eum subsistunt quia
propter ipse abierit conuenit quod ad considerandam
qualitatem alicuius prophetie spiritus excepta
tangit et excepte non tangit. Surge in quo et des-
cende et vade cum eis nichil hesitans quia ego
misi illos. Descendens autem petrus ad eos
dixit. Ecce ego sum quem queritis. Que causa
est propter quam venistis. Atque illi. Cornelius
centurio vir religiosus et timens deum et
testimonium habens ab vniuersa gente iudeorum. Res-
ponsum accepit a spiritu sancto ut accersiret te in domum
suam et audiret te verba vite a te. Introduxit
eos in hospitium suum et cum fuissent cum eo noc-
te illa. Sequenti autem die profectus est cum
illis et quibusdam fratribus qui eum comitati
sunt ab ioppe ut ei testes essent. Quomodo pe-
trus venit ad cornelium vocatus

Altera autem die. scilicet ab egressu de ioppe
intrauit cesaream cornelius vero expec-
tabat illos conuocatis suis cogna-
tis et amicis intimis. Amici intimi dicuntur
qui non desunt homini in articulo necessi-
tatis. Et cum vidisset petrum obuius vene-
rit ei cornelius et procidens ad pedes eius
adorauit eum ipsa gestu corporis exprimens
deuocionem mentis. Petrus vero eleuauit
eum dicens. Surge quia homo ego sum ut tu
et cum intra adeerant congnati scilicet et amici con-
uocati locutus est eis petrus dicens. Vos scitis

quia abhominabile est viro iudeo accedere ad alie-
nigenam sed ondit michi deus nullum hominem
communem dicere. Propter quod sine dubitatione veni
accersitus a vobis. Interrogo vos quam ob quam causam
accersistis me. Atque cornelius. Atque
cornelius a nudius quarta (?) die orabam in domo
mea hora nona. Et perdidit. Quarta die ab die
hac hora secundum notatores dierum. Prima in vidit
angelum et misit nuncios. Secunda die venerunt
nuncii in ioppen. Tercia profectus petrus cum eis
et illa nocte remanserunt in via. Quarta venerunt
cesaream. Et ecce vir quidam stetit ante me in
veste candida et ait. Corneli exaudita est oratio
tua et elemosine tue a deo recepte sunt. Mitte
in ioppe et accersi symonem qui cognominatur pe-
trus et misi ad te et tu bene fecisti veniendo. Nunc
ergo omnes in conspectu tuo assumus propterea obedire
omnibus quecumque precepta sunt tibi a domino.
Aperiens petrus os suum dixit. Vere in
veritate comperi quia non est personarum acceptor
deus ut distinguat inter iudeos et gentes. Sed in
omni gente qui timet eum et qui operatur iusticiam
acceptus est illi. Vos scitis quod predicauit iohannes
ihesum a nazareth. Scitis quod factum est verbum per
dicacio euangelii per vniuersam iudeam incip-
iens a baptismo iohannis qui baptizatus est ihesus. Precede-
re quemadmodum unxit eum deus spiritu sancto et virtute
qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos
a diabolo. Et nos testes sumus omnium que fecit in re-
gione iudeorum et quod eum suspenderunt in ligno.
Et tercia die suscitatus est a deo cum nos tes-
tes sumus qui manducauimus et bibimus cum
illo postquam surrexit a mortuis. Et nobis pre-
cepit predicare populo et testificari quia ipse est qui
constitutus est a deo iudex viuorum et mor-
tuorum. Cui omnia pater dedit illi omne iudicium
ut nobis non solum sed omnes prophete illi testimonium
perhibet quia omnes per nomen eius remissionem
peccatorum recipiunt qui credunt in eum. Quod
baptizabat cornelium et eos qui cum eo
Adhuc loquente petro verba hec cecidit
recepte
spiritus sanctus super omnes
qui audierunt verbum. Viri autem in igneis
linguis aut in alia visibili specie descendit
in eum est. Et obstupuerunt qui ex circumcisione
petro fideles de circumcisione qui venerant cum

gentes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim
illos loquentes linguis et magnificantes deum. Tunc
videns petrus Numquid aqua quis prohibe-
re potest ut non baptizentur hii qui spiritum sanctum acce-
perunt sicut et nos quod magis est qua bap-
tizari. Et iussit eos baptizare in nomine ihesu christi. Sub-
iacens forma forma baptizandi a domino tradi-
ta per dilacionem nominis christi. in quo nomine
intelligit ipse qui virtutis est. Et per aquam
viventis scilicet spiritus sancti quia virtutis est. Tunc
rogaverunt eum ut maneret cum eis. Et manse-
rat cum eis aliquot diebus in quibus
credit per non usque fuisse cibis gentilium. Unde
post reprehensus est. Et dilatatum est verbum
usque ad fratres qui erant in iudea quod gentes
receperant verbum dei. Hic fuit primus conversus
precipuus apostolorum ad gentes in quo initiatur
cornelium cum familia sua. Quomodo redar-
xj capitulum gutus est a fratribus hebreis. xj capitulum

quare c[apitulum] Cum autem audissent infra petrus disputa-
bant adversus eum fideles de circumcisione
dicentes. Quare introisti ad viros prepucium habentes
et cetera. In duobus contra legem fecisti scilicet quia in-
troisti ad illos et comedisti illorum cum eis. Usque eos
Tunc incipiens petrus exponebat per or-
dinem ostensa sibi a domino visione. In quo
apparuerat angelus cornelio et invitata persona
accione non addit nisi. Ubi unum verbum dictum est
cornelio astare et accepi sermonem quem ignorat
petrus Ubi addit. Qui loquitur tibi verba
in quibus eris tu salvus et universa domus
tua et cetera quod statim credidit cecidit spiritus sanctus
super eos sicut et in nos ab initio presumunt
quia super cornelium et familiam suam descen-
dit spiritus sanctus in lignum igneis sicut descendit super
apostolos die pentecostes. Et tunc ignem re-
cordatus sum verbi domini quod nobis dixit
Iohannes quidem baptizavit aqua vos autem
baptizabimini spiritu sancto. Videntes autem hec imple-
ta in cornelio et in familia sua. Audita petri
excusacione destiterunt et gratias egerunt sal-
vatori. Et ita impleta est prophecia Iob
Ab aquilone venit aurum et ad deum formi-
dolosa laudacio. In propagacione in fidelitatis
gentiles comparabiles aquiloni quia in tenebris
erant in ... animi perceperunt lumine
fidei per illuminacionem dirigitur ad deum
formidolosa laudacio quia propinquitatem

Et illi qui dispersi fuerant a tribulacione
a morte stephani
et repetita generali conversione fideles
a iudea timentes glorificaverunt deum.

De continuacione hystorie

Nunc redit hystoria ad ordinem
suum. Quomodo in i parum de philippo
petro iohanne et paulo. Postquam supradictum
est ut qui dispersi erant pertransibant
evangelizantes verbum dei quia in tacendo
fuit. Prosequitur ergo qualiter modum
perambulaverunt usque ad phenicem provinciam
syrie occidentalem et cyprum neminem lo-
quentes verbum nisi solis iudeis. Erant
autem quidam cum eis de cypro et cyrene
qui cum introissent anthiochiam loquebantur
ad grecos annunciantes dominum ihesum et
erat manus domini cum eis. Multusque numerus
credencium conversus est ad dominum. Super
hunc locum dicit beda. Quia post venera-
cionem synagoge cepit ecclesia crescere. Un-
de dicit quod post iudeos ut linthei
vidit petrus in visione cum alibi dicatur
fuisse vas ut alibi disputavimus. Pervenit
ad aures ecclesie qui erant ierosolimis
de conversione anthiocenorum et volentes
plene edificari miserunt barnabam
in anthiochiam. Qui cum venisset et vidisset
graciam domini gavisus est et exhortans
omnes ut in proposito cordis manerent in domino
quia erat vir bonus spiritu sancto et fide plenus.
Iuxta dictum super hunc locum Rabanus. Barna-
bas ... interpretatur mediatum ne pu-
tet per dignitatem suam annumerasse apostolatum
licet Rabanus in ea opinione fuerit
qua dicitur barnabas fuisse ille super quem
cecidit sors cum mathia. Postea
tamen cum paulo in apostolatum electus est.
Nos aliam sequimur opinionem. Videbatur
autem barnabas quod non sufficeret ad
erudiendam tantam multitudinem. Versus tarsum
ut quereret saulum et inventum perduxit an-
tyochiam. Et per annum conversati sunt ibi et docue-
runt turbam multam. Ubi fuisse quatenus christiane
religionis a christo accepta denominacione
christiani qui prius dicebantur discipuli. Fuit
in sacratico gentilium satis elegans vi-
sum est non in ... Et in iudeis et gentilibus
ad fidem conversis sequuntur christiane reli-
gionis ... nomine cesari ... procavis de

ut p[ro]ph[et]or[um] ee
nomandos aune ingiis fac[ta]s sc[ri]ptis
p[ro]phetar[um] frequentes de nomine aut
a nob[is] migraciu[m] ut ab egyptio ep[iscop]o
ut egyptii. In illis aut[em] dieb[us] vene
runt p[ro]phe[te] ab Ierosolimis antiochiam
surgens e[st] ex eis unus agabus no[m]i[n]e
p[ro]phetavit p[er] sp[iritu]m s[anctu]m famem futura[m] p[er]
univ[er]sum orbe[m] terrar[um] & maxi[m]e in iudea
que facta est sub claudio s[cilicet] quarto
anno claudii. De collecta facta pauperibus

Tunc posuit disc[ipu]li p[ro] face collectam ut daret
unusq[ui]sq[ue] p[ro] modulo sue facultatis
ut mitte[re]nt aliquid paup[er]ib[us] qui erant
in ier[usa]l[e]m. Qui vendentes omnib[us] posuit
p[re]cia ad pedes ap[osto]lor[um] ut p[re]mittere[n]t
eos s[cilicet] fame. Et tunc primo facta e[st] coll[ect]a
in usus paup[er]um que missa est p[er] bar
naba & paulu[m] in ier[usa]l[e]m. De morte Iacobi maioris

XII cap[itulum]

Eo t[em]p[or]e misit herodes rex manus ut affligeret
quosda[m] de ecc[lesi]a occidit aut[em] iacobu[m]
fr[atr]em iohis gladio. Erat aut[em] iste agrippa
herodes iste de quo s[cilicet] herode sic p[ro]cedit
ap[er]iendu[m] expedit ad t[em]p[or]e p[re]mitte[re]
hystoria[m] actuu[m] ap[osto]lor[um] & p[ro]sequi hystoriam
romanor[um] imp[er]ator[um]. Non est putandu[m] hunc
herode[m] fuisse tetrarcha[m] qui cognominatus e[st] antipas s[ed] herode agrippa
ille n[on] fuit rex s[ed] tetrarcha. Ille s[cilicet]
fuit filius magni herodis q[ui] c[on]sensit
pylato de nece d[omi]ni qui remis[it] eu[m]
ad pylatu[m] indutu[m] s[cilicet] veste alba qu[on]i[am]
ia[m] s[cilicet] herodes antipas deportatus
fuit in exiliu[m] & i[bi] mortuus est pyla
tus etiam mortuus erat. Qui ut a princip[io]
hui[us] hystorie p[er]tractatu[m] est anno xix
imp[er]ii tyberii cepit e[ss]e p[ro]curator
iudee vitellio p[re]side syrie. Accusatus est i[n] urbe ap[ud] tyberiu[m] accusatus
ir a iudeis de violenti[a] mort[ibus] in
infectione. Accusatus est etia[m] q[uo]d iudeis
reclamantib[us] ponebat ymagines
gentiu[m] in t[em]plo. Accusatus e[st] etia[m] q[uo]d
pecunia[m] reposita[m] i[n] corbanu[m] redde[re]

de
ret i[n] us[us] suos i[n] faciendo aque ductum
in domu[m] sua[m] ut p[ro] hiis & omnib[us] portari se
in exiliu[m] lugdunu[m] unde oriundus erat ut
i[bi] in obp[ro]brium gentis sui moreret[ur]. Unde inde
c[ontra] in usu facti erat archa in qua ponebat[ur] do
naria regalia ut pecunia corbana in quo repo
nebant[ur] donaria sacerdotu[m] ad e[st] facta sacrarium
tercia templi. Gazaphilacium in qua repo
nebat[ur] donaria inoffensivum. Item Iohs fuit
Mortuus p[ro]curat[or] substitutus pylato
Pylatus substituit vitellius fecit
suu[m] petron[ium] p[ro]curatore[m] iudee & volens
place[re] iudeis p[ro]fiterat voluntati eor[um]
in quibus p[re]fuit de amotione cayphe et
promotione filii anne. Cu[m]q[ue] a deo eor[um] peti
cione amovit caypha a sacerdocio & sub
stituit filiu[m] anne qui ia[m] mortuus erat
reddid[it] ei & stola[m] sua[m] s[cilicet] pontific[is] epomide & anti
qua[m] qua[m] debebat ferre sacerdos in paste
sua ut ea uteret[ur] festivis diebus. Et n[ec] ea[m] erat
sacerdoti n[on] potuit ea[m] ferre n[isi] p[ro] eo p[re]cedente
Post tyberii mortuus est ph[ilipp]us tetrarcha domum suu[m] & a[n]
tyrie & traconitidis regionis frater herodis festivum diebus
duo tetrarche & lysanias tetrarcha abylinie. Ita ut vacabant due tetrarchie et
aspirabat herodes agrippa ad alterum eor[um]
pylatus vero discubat ea in

De p[ro]motione herodis agrippe

Erat aut[em] herodes agrippa vir magnanimus
& bellicosus sed pauperrimus nepos herodis
tetrarche & frater herodie eius. Herodias
Fuit n[am] filius aristobuli magni herodis
filii & ipsa filia eiusdem. Disposuit igitur ve
re romam si forte posset impetrare alteram
tetrarchiam sed timuit augustus verus. Unus
videns eum tyberii militem strenuum reti
nuit eum secum & fecit ut adhereret filio suo
druso cui iam in vita sua tradebat imperium
& iste drusus fecit ille qui dominum magnificus
erat n[am] herodes sive magis liberalitate
ut q[ue] redundaret ciuitas romanorum multa ex
pendebat & multis debitis se obligabat. Sicut
dicit ioseph[us] n[on] fuit herodes in agrippa & tabulas
fortune a deo posset deprehendi. Primo sit male
sibi cessit mortuus est drusus filius tyberii
de cuius morte adeo in consolabilis doluit tyberius
ut omnes amicos suos amoveret qui familiare
ad respectu[m] drusum sibi reducerent ad memoriam
mortem eius. Tunc recessit herodes agrippa re
diit in iudea & desperans primam paupertate[m]
agrippa
et tunc drusi

trem minuit ut afficeret se fame et ita moreretur. Quod significavit uxor sua sorori eius Herodiadi uxori Herodis Antipe tetrarche, que supplicavit viro suo ut revocaret eum a tali [illegible] et daret ei victum. Acquievit ei et statuit eum in Tyberiade et assignavit ei domum et dedit victum vite. Et quadam die cum esset Herodes Agrippas in Tyberiade ut epularetur [illegible] cepit improperare Herodi Agrippe qui epulabatur cum eo [illegible] sua que intulerat ei scilicet quod liberaverat eum a peste famis. Et doluit inde Agrippa ultra modum et disposuit iterum redire ad Tyberium si forte inveniret animum eius immutatum. In reditu eius [illegible] veniam impetravit et honorifice receptus est ab eo et manebat cum eo Rome. Et erant Tyberio duo nepotes, unus de filio Druso scilicet Tyberius, alter de fratre Germanico scilicet Gayus. Volebat autem substituere filium filii quem magis diligebat eum.

[marginal note: solito]

De causa invidie Tyberii et Herodis Agrippe

Herodes [illegible] Agrippa magis diligebat Gayum et familiarius adherebat ei. Unde et suspectum in indignatione Tyberii latere quia non annunciabat ei, sed latens odium in corde reservabat. Quadam autem die cum sederet Agrippa in curru cum Gayo levatis manibus in celum dicebat: Utinam viderem mortem Tyberii senis et te hic esse dominum tocius orbis, quia ydoneus esset imperare universo orbi. Hoc audivit [illegible] auriga ipsius scilicet Agrippe, qui post aliquos dies cum rebus domini sui aufugiens captus est et vinculatus. [illegible] ad carcerem petiit duci ad imperatorem quia in [illegible] loqueretur ei quod esset ad eius utilitatem. Et presentatus imperatori dixit ei consulto quia [illegible] optaverat Agrippa mortem eius et dominium Gayi. Tyberius vero non multum curabat verba vinculatoris, sed detrusit illum in carcerem. Et cum sepe instaret Agrippa ut vindicaret et occideret, respondebat Tyberius: Satis sufficiat tibi quod vinculatus est. Et ita differebat, quia ut vere refert Josephus in omnibus negotiis suis morosus erat. Unde cum statueret procuratores in provinciis, diu autem in provincia mittebat eos. Quod cum quesitum esset ab eo quare scilicet non mutaret procuratores, respondit per similitudinem [illegible] plebicule [illegible] procuratores [illegible] ad modum [illegible] vulneratum [illegible] quod cito breviter [illegible] recentes supervenient [illegible] Quod cum [illegible] qui cum iaceret in via et non amoveret muscas ab ulcere eius, alii supervenientes putantes quod [illegible] absegit muscas que opplevunt ulcus. Ad quem ille: Male fecisti mihi, quia iste quas ammovisti iam plene erant sanguine et parum molestabant me. Que autem supervenient recentes acrius pungent me. Sic et presides et officiales recenter substituti acrius subditos deserviunt.

In quo Herodes offendit Tyberium

Quadam die mane [illegible] in atrio Agrippa Tyberium ut exhiberet aurigam suum detentum. Et videns Tyberius [illegible] ei non expedire cum in presentia ipsius vellet eum vinculatus arguere et [illegible] Festinatus est Agrippa se velle ut exhiberet ut argueret eum. Adductus ille de carcere arguit illum de crimine lese maiestatis, quia ille oraverat mortem imperatoris. Tunc ait Tyberius centurioni: Liga hunc. Intellexit centurio hoc preceptum esse de eo qui eductus fuerat de carcere, ligatum retrusit in carcerem. Quadam autem die cum deambularet Tyberius in ypodromio in curru equorum et teneret Agrippa frenum, vocato centurione dixit ei: Liga hunc. Et miratus est ille [illegible] quod pateret Agrippa ligari cum [illegible] quia erat de semine regio. Cum autem duceretur ad carcerem [illegible] sitim Agrippa qui splendide cenaverat, et forte occurrit ei portitor aque et dedit ei bibere. Et postquam refocillatus est, promisit ei quod in proximo veniret eum in regno Gayi, confidens quod in proximo Gayus esset regnaturus. Et positus est in carcere. Quadam autem die cum iaceret [illegible] iuxta arborem cum frondibus in qua sedebat bubo, accessit unus de concaptivis [illegible] dixit ei: Noli mirari quod ego adulando loquar tibi [illegible] captivus meus. Volo enim indicare tibi quod indicaverunt mihi dii [illegible] pietatis augures [illegible] quod liberaberis a carcere et in tantum sublimaberis quod [illegible] videant te inimici tui. Et cum in hac prosperitate morieris, relinques bona tua filiis tuis. Cum autem iterum hunc avem videris supra te amplius [illegible] quinta die morieris.

Quod liberatus est a morte Tyberii

Cumque esset Herodes Agrippa in carcere, deserebat ei dux carceris, sciens eum virum nobilem et familiarem Gayi, et suscipiebat

tanquam in quodam mittens commoda sit
tes in carcere fieri. Et mansit sic et fuit
in carcere vi mensibus. Interea cum esset tyberius
apud capreas cepit infirmari sed quia
in infirmitate mortuus esset aliqui eius legerat
alibi mortuus non est tiberius ubi mor
tuus fuit. Videns autem se moriturum convo
cavit nobilibus imperii sui et duobus ne
potibus suis gayo et tyberio statuit
ut in consilio substitueret successorem
Sed primus voluit consulere mente deorum
et oravit deos suos ut intimaret ei me
liorem suam quem nepotum suorum vellet sub
stitui imperio et statuit apud se ut illum
qui primus veniret ad eum mane in statim
et imperatorem ut ita quasi per sortem eligeret
Dixit significavit tyberio ut prior veniret
Qui inquit noluit venire in primis sub
Cum tibet interim misit ad nepotes suos
mox venit gayum et venit gayus prior
ad tyberium. Quem videns tyberius flevit
animo dolens quod alter non venit quem vo
lebat quia tenerius eum diligebat. Sed
dissimulabat et locutus est ad eum tyberius
Fili tu succedes in imperio. Tradens
debebam tyberio quod hereditario iure tene
filio filii sed quod video te utilem imperio
et meretes nomen decorum. Clame quod ne mol
estes eum sed habeas eum tamquam fratrem
Bagathe. Et Cathage ut negocia imperii
semper disponas sapienter et exequias
funeris mei imperiali honore perficias
Et convocatis nobilibus denunciavit eum
imperatorem et mortuus est. Et statim
aliquantulum insonuit fama in civitate roma
de morte tyberii et venit quidam hebreus
amicus herodis agrippe ad carcerem et
hebraice dixit ei mortuus est leo. Et
agrippa intellexit gratulatus a deo ut
quiet dux carceris ab eo quod erat causa
tate expulsionis. Et confessus est quod ille
significavit ei hebraice mortem tyberii
Et statim dux carceris liberavit eum. Sed sta
tim eum collocavit in mensa prandio
insonuerunt alii rumores quod tyberius
convaluerat et tercia die romam veniens erat
Et tunc arguit eum dominus carceris quia
deceperat eum timens ne in caput eius re
dundaret quia liberaverat et retrusit eum
in carcerem. Postea in crastinum venerunt ci iii

mores de morte tyberii et sub successione
gay. Et venit gayus romam et sepelivit tyberium
honorifice et ipso die voluit agrippam libera
re sed dissuasum est ei ne videretur factum in iniu tui subito
tyberii revelle revocare. Postea post aliquos
dies liberavit eum et sublimavit eum. Dedit n
ei duas tetrarchias scilicet tetrarchiam phi
lippi qui erat tetrarcha iturie et traconi
tidis regionis et tetrarchiam lysanie qui erat
tetrarcha abiline. Et imposuit ei diadema
et sublimatum in regem remisit in iudeam. Sed in
viderunt ei omnes propinqui et soror sua hero
dias que inspiciens fuit infelici modo
mo ~~rvidet~~ videt felicem. Scilicet precipue quia
habebat nomen regis quod vir suus habuit qui
maior natu filius magni herodis et
in copia meruit rex appellari sed tetrarcha
Persuadebat magis viro suo de die in die
ut iret romam et sibi impetraret omnibus modis
ut et compararet nomen regis. At ille male
bat esse in ocio quam opulentus erat. Illa
sepe exasperavit uxor eius dicebat. Pereant
opes tue quia tu diligis magis opes quam
honorem. Tandem victus ~~in victus~~ in spe cum
uxore sua venit ad gayum cum magno apparatu
et ipsa cum eo. Et venit gayum baiis theo
des autem agrippa qui presensat quod non
pro bono suo iuisset. Disposuit mittere post eos
sed prius misit quendam familiarem suum
amicissimum gaii per quem epistolam direxit
gayo in qua continebat quod herodes
antypas cum vivente tyberio firma
nat amicitiam cum rege parthorum ut essent
rebelles romano imperio et in argumentum
huius rei significavit ei quod in civitatibus
suis habebat arma que sufficerent lxx
milibus virorum.

Quod gayus mandavit statuam suam in templo erigi

Cumque venissent herodes antypa et
herodias uxor eius ad gayum. Et
gayus satis honorifice suscepisset
eos supervenit nuntius herodis agrippe
et porrexit epistolam gayo ex parte agrippe
Perlecta epistola gayus quasi aliunde incepit
querere de statu herodis ~~tetrarche~~ et agrippe

y mittere certa questiuit ab eo utrum manibus
suis tanta esset copia armorum quanta au
diebatur et non negauit. Tunc demum gayus
versus est quod significauerat ei herodes agri
ppa relegauit eum in exilium. Uxori autem
sue quia erat soror herodis agrippe quem
imperator diligebat dedit libertatem rede
undi ut liberet bona sua. Ipsa autem co
mitata est virum in exilium. G. quod di
xit eciam in abusiuis eius quo conueniat
in specie. Et de priuati sunt exilio lug
dunum. Ubi postea miserabiliter mortuus
est. Et dedit gayus galileam quam habuerat
herodes antipa herodi agrippe. Et ita
habuit iiij^or tetrarchias. Fuerunt autem
gayus in tanto imperij sui prope principium tam
mansuetus. Postea euanuit tantum eius
in elacione et in tantam prorupit vesaniam
quod ab uniuersis hominibus imperij sui vo
luit coli tanquam deus. Et dicebat se
esse fratrem iouis. Sicut ipsi q. unus deus
videret. Postquam egressa fuerat de geni-
tibus iouis. Misit ergo ymaginem
suam per uniuersa imperij similitudines
adoraret eum. Et sic fecerunt omnes ex
cepto iudeis. Unde cum in allexan
dria ciuitate orta esset sedicio inter iude
os et gentiles et uterque partes ad
gayum ut discuteret controuersia inter
ipsos allegaciones quas habuerant ge
tiles contra iudeos hoc sibi retinuit eius
quia diu [?] quas miserunt gen
tiles receperunt ipsi et honorabant ymagi
nem suam. Significauit ergo petronio presidi
sirie ut statuam suam poneret in tem
plo iudeorum in ierusalem ut facilius
reciperent eam in ciuitatibus omnibus.
Quod si forte iudei reclama
uerint collectis romanis legionibus
~~omnibus~~ intraret iudeam et rem perf
ficeret [?]. Collecto ergo exercitu pe
tronius intrauit iudeam et uenerunt iudei

Unde et filia sua un / cum qua habebat po / nebat inter genitri / cum iouis ~~[illegible]~~

Tunc primo fecit gayus / quod iudei non ado / rabant ymaginem / eius

decem milia cum amicis herodis agrippe qui
erat procurator amicus gayo et supplica
uerunt ei ne ad hoc eos artaret quia prius
permitterent se occidi et parabant singulos
diebus eciam quia nunquam amplius
colerent terram ut sic inedia afflicti
morerentur. Videns petronius quod de consilio
suo hoc processisse postea non audebat
resistere mandato imperatoris. Videns
tamen quod [?] attraxerat gayus si
amitteret tributa tocius iudee promisit quod
se opponeret gayo pro eis. Tunc scripta
sua gayo per viros honoratos ut desiste
ret ab hoc mandato. Qui cum uenissent
ad gayum non sunt ausi presentare se conspe
ctui eius sed accesserunt ad herodem agrip
pam ut subueniret iudeis quia una
de thetrarchiis suis scilicet galilea et
iudea erat.

De morte gayi imperatoris

Hunc herodes
inuitauit gayum ut in conuiuio
comederet cum eo. Et cum in conuiuio esset
in nimio admiratus est delicias
conuiuij et cepit memorare gayus
quanta fuerat passus pro eo herodes
scilicet vincula tyberij et alia multa. Et
precepit ei ut peteret quidquid uellet
et daret ei. At ille dixit ei sibi suf
ficere graciam eius. Tum ille instaret
ut aliquid peteret petijt ne poneret
statuam suam in templo in ierusalem. Et irritatus
est gayus. Tamen considerans caro
sitatem agrippe quia non haberet opes
nec honores petere acquieuit ei et
scripsit petronio in hunc modum. Si
non dum posita est statua in templo
non est necesse ut ponatur. Si autem non
posita est statua in templo. Postea
rescripsit ei gayus et scripsit petronio
in hunc modum. Quia contempsisti man
datum imperatoris et postquam dilexisti
munera iudeorum elige tibi genus
mortis quod uis ut discant omnes non
esse tutum obuiare mandato imperatoris

Venit uero herodes agrippa ad senatores duces scilicet de nobilibus qui erant in curia

Et deo prouidente ita factum est ut prius audiret famam mortis eius quia uidit nuncios bringhe legatis illius ut esset rome et rediret claudius ait ceteris cum consilio senatorum in sepeliendis et a duobus orta est dissensio in ciuitate inter amicos et milites et populum quia dicebat senatores et uiri consolaces i. qui de genere consulum uel digni uitam fierent consules sub iudice at senatores servitia imperatorum et incommoda que inde surgebant rei publice uolunt penitus excipere imperium ab urbe et uolunt redigere ad antiquum statum in quo erat tantum consilium rei publice ut esset regimine ciuitatis arbitrio consilii et senatorum Exercitus uero milites et populus timentes auaritiam senatorum et amantes donatiua imperatorum constituerunt imperatorem principem claudium auunculum gaii uirum mansuetum Senatoribus qui erant in curia fingens se famem pati eorum ait fecit eos egressos post mortem gaii consuluit quod eis ut persuaderet claudio ne moueret arma in ciuitate et desisteret ab hoc incepto et senatores rogauerunt herodem ut pergeret cum eis ad claudium et professus est se fugi libenter hanc legationem Et missus est ad claudium cum aliis et eis audientibus dixit ei quod dixit coram senatoribus scilicet quod uellet claudius desistere ab incepto qui ipse sunt hac get ut minor pro nobilium fame pati eius Et renunciauit senatoribus quod nollet claudius desistere ab incepto In crastinum autem dixit ut utrique desisteret ab incepto et cepit eos persuadere ne starent quia non possent in perditione Et tullerant quosdam et eiusdem cum eis et ita sine certamine factus est claudius imperator Et per suasionem herodis agrippe omnes occisi sunt qui consenserunt in morte gaii Et precepit herodes agrippa quod cerebrum gaii de portura sua adoranda renouaret nummi actum quia nuper erat et acceperat claudius Et precepit ut epistola renouacionis per singulas ciuitates iudee poneretur in loco eminenti ut uideretur ab omnibus

De occiso Jacobo et apprehensione petri

Postea uoluit herodes licentiam accipere a claudio et redire ad patriam Et tunc claudius dedit ei quartam tetrarchiam scilicet iudeam et sublimatus est et rediens ad patriam et regnauit primo in iudea et honorifice susceptus est a iudeis quia timuit impetu eorum Et cum prope esset dies azimorum occidit Jacobum fratrem iohannis gladio Et cum uideret azimorum uides quod placeret iudeis apposuit ut apprehenderet et petrum De iacobo ait refert clemens allexandrinus quia dum duceretur ad carcerem uoce intrauit ad fidem custos suus Et in crastino confessus est se esse xpianum et ait quod ambo ad martyrium ducti cum custos iacobo petiit ueniam sibi remitti peccatorum Et ille parum deliberans ait pax tibi et osculatus est eum et sunt ambo capite detruncati Et petrus cum apprehensum misit herodes in carcerem quia in diebus azimorum non licebat aliquem occidi Et per custodes carceris ducebatur cum quaternionibus militum uolens post pascha eum producere populo ut ipse populus occideret eum non ipse herodes ut iacobum Et quia magis uidebatur eis gloriosum si ipsi occiderent eum quia ipse princeps erat apostolorum

Quod petrus liberatus est de manu herodis

Cum autem in crastino producturus eum esset herodes in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus cathenis duabus que ad huc rome esse dicuntur et custodes iacentes cum hostium custodiebant carcerem Et ecce angelus domini astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris Et in nocte se forte ut solus petrus uidet lumen percusso latere petri excitauit eum dicens surge uelociter Et statim ceciderunt cathene de manibus eius due scilicet que ad huc rome esse dicuntur Et dixit angelus ad eum precingere et calcia te caligis tuis depositis nam caligis

xii cap

et tradunt

pro molestia carceris ut tunica circa pedes demissa tegeret frigus noctis pro quo datum est exemplum vel verius quia in angustiis licet eis aliquid laxare de rigore ordinis. ¶ Sequitur n. appositus apostolus et [illegible] duos angelus ubi pro afflictionis carnis et petrus ad tempus deposuisse angelum pro molestia carnis. Et fecit petrus sicut mandatum angeli. Et addidit angelus: Circumda te vestimentum tuum et sequere me. Et exiens sequebatur eum. Et nesciebat verum esse quod fiebat per angelum i. non putabat istud in rei veritate fieri sed ymaginaria visione. Unde sequitur: Existimabat n. visum videre i. sibi ostensum ymaginaria visione. Transeuntes autem primam custodiam i. custodes carceris custodie deputatos et secundam i. duos quaterniones. Vel primam custodiam i. primum quaternionem cum suis. Venerunt ad portam ferream que ducit ad civitatem que putatur fuisse in alto carceris. Circa ea n. habebat alterum et erat in anteriori parte civitatis que extra civitatem est que ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum et continuo discessit angelus ab eo ut sciret se in rei veritate eductum qui putabat se hoc ymaginarie consequi. Et tunc petrus ad se reversus i. ad mentem suam que fuerat in magno stupore dixit: Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum i. e. me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. Et considerans venit ad domum marie matris iohannis qui cognominatur marcus ubi erant multi fideles congregati et orantes ut oraret pro petro. Et cum pulsaret petrus ad ianuam egressa est puella ad videndum nomine rode et ut cognovit vocem petri pre gaudio non aperuit ianuam sed retro currens nunciavit petrum stare ante ianuam. Et dixerunt illam insanire scientes eum incarceratum esse. Illa autem affirmabat rem se sic habere. Alij autem eorum dicebant angelus eius est. Et hoc super quem locum dicit Ieronimus tanta dignitate esse animas ut unaqueque ab ortu nativitatis sue habeat angelum sibi in custodiam deputatum. Petrus autem perseverabat pulsans. Cum autem aperuissent viderunt eum et obstupuerunt. Annuens autem

i. secundam cum quaternione cum suis

eis manu ut sub silencio manerent audirent vel forte ideo ne clamore gaudencium adventus eius in carcere publicaretur. Et narravit eis quomodo dominus eduxisset eum de carcere. Et ait: Nunciate hec iacobo et fratribus. Iacobo scilicet alphei episcopo ierosolimitano quia alter iam fuerat decollatus ab herode. Et egressus alia nocte abijt in alium locum timore herodis et iudeorum.

De morte herodis

Facta autem die post eductionem petri de carcere erat non parva dubitatio inter milites et custodes quid nam factum esset de petro. Unde apparet quia clausum reliquerat carcerem aliquin non esset ambiguum eum evasisse. Herodes autem cum requisisset eum et non invenisset diligenti inquisitione a custodibus utrum nossent quid nam factum esset de eo iussit eos adduci ad se ut vindicaret in eos. Non tamen vindicavit dico paucitate ut publice petrum nichil noceret. Et in imminente n. negocio descendit herodes a iudea in cesaream palestine propter quasdam tyro et sydoni ut noceret eis quibus iratus fuerat s. tyrijs et sydonijs. Quod audientes tyrij et sydonij venerunt ad Blastum qui erat cubicularius herodis et custos thesaurorum eius quia erat amicus eorum et patronus et eo interprete reconciliati sunt herodi. Non n. poterant sustinere indignacionem regis tam vicini. Statuto autem die herodes vestitus veste regali sedebat pro tribunali apud eos. Et concionabatur ad eos herodes blandiens eis. Et clamabat autem populus dei voces et non hominis i. exhibebant ei laudes deo debitas et non homini. Et dum adulatoribus favoribus deniq[ue] cet et oblatos sibi divinos honores non respuerit respiciens super se vidit in [illegible] et in prospectu capiti suo in funiculo angelum i. bubonem nuncium mortis eius prenunciantem. Et inter

tradit Josephus in clamantibus circa eos
qui sibi applaudebant, dixit eis:
En ego deus vester morior. Videbat
in aere quod dixerat ei angelus
cum teneretur ad arborem, repost visionem
bubonis in fenestra. quinque dies moriturus
Et confestim ut habetur in hystoria passionis
eum angelus domini, id est facta est vindicta
super eum qua per quinque dies ventris
dolore cruciatus est et corrodebant
vermes viscera eius. Iterum paulatim
consumptus a vermibus expiravit. Re-
liquid autem filium qui dictus est agrip-
pa non ignoratis. Herodes qui ad-
huc Rome erat. Iste tenuit totum reg-
num patris sed parte. Tenuit autem tetra-
rchiam duas tribus et dimidiam ultra iorda-
nem. Vnde legitur quod fideles de iudea in
imminente eversione urbis ad amoni-
tane angeli secesserunt in regno
agrippe minoris filii herodis agrip-
pe.

Explicitis incidentiis

nunc redit hystoria ad
ordinem suum et continuat ei quod supra
dictum est. Collecta summa a fidelibus
anthyochie missa pauperibus in
urbem per barnabam et paulum. Quod
in interceptum est de herode de morte
iacobi de incarceratione et liberatione
petri quasi incidens fuit. Prosequitur
de reditu barnabe et pauli a
ierosolimis in hunc modum. Verbum
domini crescebat et multiplicabatur. Bar-
nabas autem et paulus reversi sunt a ieroso-
limis assumpto secum iohanne qui cognomina-
batur marcus post expletum ministerium.
Erant autem in ecclesia que erat anthyochie
per eos qui venerant a ierosolimis
prophete et doctores inter quos erat Symon
qui cognominabatur niger et lucius cyre-
nensis et manaen qui erat herodis te-
trarche collactaneus, id est eodem lac-
te nutritus et prout illi accipiunt prophe-
tas et doctores. Vel ita prout distinguitur
prophete de futuris et doctores de presenti-

xiiii capitulum

bus. Nota si iste Symon dictus est a caldeis niger
tunc est latinum vocabulum. Si autem est he-
breum tunc dictus est niger quod accedebat
scilicet de nitate in virtute. Niger autem he-
breum est et interpretatur accedens. Ministrantibus
autem illis domino et ieiunantibus dixit eis
spiritus sanctus: Segregate mihi barnabam et paulum
in opus ad quod assumpsi illos. Quo au-
dito consilio spiritus sancti remiserunt paulum et
barnabam in urbem ad petrum et iacobum
et iohannem qui erant ibi. Qui ieiunantes
et audito mandato angeli, id est spiritus sancti et
ieiunantes et orantes imposuerunt manus
in modum ordinandorum. Vtrum autem preter
manuum impositionem alia ordinis solep-
nitas circa eos celebrata fuit incertum est
nisi quod de ordinatione apostolorum aliquid legitur
vel quod dominus imposuerit eis manus
sed pertinet cum habetur quod anthyochie
missa celebrant. Sed potuit sufficere
apostolis pro ordinatione quod datum est eis
a domino. Hoc facite in meam commemorationem.
Et licet non interfuit barnabas et paulus
tamen quia presentia ea sunt ad apostolatum consilio
spiritus sancti. Forsan in hac et aliis fuit privilegi-
ati. Hec alia solempnitas ordinationis circa
eos celebrata est. Quia in ista in primitiva
ecclesia sine hac sollempnitate ordinationis ad
sacerdotium promoti sunt. Et circa initia sive
dyaconus et precedentibus ordinibus sa-
cerdotes facti sunt. Imponentes eis manus
et dimiserunt eos et ipsi quidem missi sunt
a spiritu sancto eodem duce itineris qui separavit
eos a ceteris abierunt seleuciam et inde
navigaverunt cyprum. Et cum venissent sala-
minam predicabant verbum dei in synagogis
iudeorum propter reverentiam sive dignitatem eorum
et habebant secum in ministerio predicationis iohannem
qui cognominabatur marcus.

Quod paulus et barnabas converterunt sergium proconsulem

Cum perambulassent universam insulam cypri
usque ad paphum invenerunt quendam
virum magum pseudoprophetam iudeum

paulo

cui nomen erat bariesu qui erat cum proconsule
sergio viro prudente quia erat homo magne
dignitatis. Hic accersitis barnaba et paulo
desiderabat audire verbum dei. Resiste-
bat autem illis elymas magus et inde sortitus
alterum nomen est in interpretatione alterius. Elimas enim
interpretatur magus. Quaerebat non avertere
maleficorum apparatu est ipsi. Saulus
autem qui et paulus repletus spiritu sancto in-
tuens in eum dixit. O plene omni dolo
et omni fallacia fili diaboli et inimice
omnis iustitie non desinis subvertere
vias domini rectas. Nota quod dicitur e
paulus qui et paulus. Credunt enim quidam quod
a sergio paulo ad fidem converso dictus
est paulus. Unde hic primo fit mentio de
hoc nomine paulus. Sed origenes dicit
quod prius fuit binominis sicut petrus
et quod paulus fuit in acceptione apostolatus postea
sortitus est hoc nomen. Vel quia primo a sau-
lo peccato est dicebatur paulus id est superbus
de superbo factus humilis. Nam paulo dictus
est paulus quasi modicus et humilis unde
non sum dignus vocari. Dicit se minimum
apostolorum. Videtur autem xiiii° anno a pas-
sione domini promotus ad apostolatum cum barna-
ba et sortitus pauli nomen vel xviiii° post
fectus ad magisterium gentium cum satis
comprobat ecclesiastica hystoria. Ubi legitur
preceptum apostolis esse ut post passionem xii
annos predicarent in iudea. xiiii° autem an-
no ceperunt paulatim transire ad gentes
no domini expleto. Postea anno exierunt
de finibus iudee. Et nunc ecce
manus domini super te id est vindicta dei ex-
cedit in te eris enim cecus. Immo capitis
non videns ad tempus solem iustitie per fidem
Et confestim cecidit in eum caligo et tene-
bre et circuiens quia in modum ceci id est in
circuitu se vertens querebat quis manum
ei daret ut duceret eum. Tunc proconsul
viso miraculo credidit admirans super
doctrina domini. De discessu
iohannis ab eis

de ordine missionis apostolorum

sic erga eos fuit ... in caritate quam obre iudeos sole

quare discessit ab eis iohannes fuit causa

Cum autem a papho navigassent
paulus et barnabas cum eis ve-
nerunt pergen pamphilie
quia iohannes discedens ab eis
reversus est iherusalem. Unde credit cum eis
et forsan reprehensibilis fuit causa pre-
sidii in perga. Paulus et barnaba de
qua venimus in sermone. Paulus vero et
barnabas venerunt antiochiam pisi-
die. Quod additum est ad differentiam alterius
antiochie que dicitur antiochia
syrie quam nos adhuc nominamus
antiochiam que olim dicebatur rebla-
tha. Et ingressi synagogam die sabbati
sederunt. Quod autem lege non predica-
tum post lectionem autem legis et prophetarum
dixerunt ad eos principes synagoge.
Viri fratres si quis est in vobis sermo
exhortationis dicite. De predicatione
pauli et barnabe in synagoga
Surgens autem paulus
et manu silentium indicens ag-
gressus est facere grandem sermonem
inchoans ab altiori. Viri in quo
israhelite et qui timetis deum de gen-
tibus audite. Deus plebis israel
patres nostros elegit et exaltavit ple-
bem cum essent incole in terra egipti
fugientes in luto et latere de qua eduxit
eos in manu forti. Et xl annis susti-
nuit mores eorum in deserto. Et destruens vii
gentes qui habitabant terram sorte distri-
buit eis terram quasi post cccc l annos vel
legendum est cum terra usque ad exitum
de egipto fluxerunt anni cccc ... postea
expletis xl annis in deserto et ... terra
canaan divisa est terra. Antiquitate g...
usque ad divisionem terre fluxerunt
cccc l anni. Et post cccc l annos dedit
dominus populo suo iudices. Quia deinde
fuit populus dei sub iudicibus usque ad
tempus samuelis. Et exinde postulaverunt
regem nam ... intitu ...

sibi regem. Et dedit eis saul qui regnavit xl annis. Et amoto illo suscitavit illis david regem cui testimonium perhibens ait inveni david filium iesse virum secundum cor meum qui faciet omnes voluntates meas. Huius deus ex semine secundum promissionem eduxit israel salvatorem iesum. Predicante iohanne ante faciem adventus eius baptismum penitencie omni populo israel. Cum impleret autem iohannes cursum suum dicebat quem me arbitramini esse non sum ego sed ecce venit post me cuius non sum dignus calciamenta pedum solvere. Viri fratres filii generis abraham et qui in vobis timent deum vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant in ierusalem et principes eius hunc ignorantes et voces prophetarum que per omne sabbatum leguntur iudicantes impleverunt. Et nullam causam mortis invenientes in eo petierunt a pylato ut interficerent eum. Cumque consummassent omnia que de eo scripta erant deponentes eum de ligno posuerunt in monumento. Deus vero suscitavit eum a mortuis tercia die qui visus est per dies multos hiis qui simul ascenderunt cum eo de galilea in ierusalem qui usque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est quoniam hanc deus implevit filiis nostris resuscitans iesum. Notum igitur sit vobis viri fratres quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus quibus non potuistis in lege moysi iustificari in hoc omnis qui credit iustificatur. Videte ergo ne superveniat quod dictum est in prophetis. Videte contemptores et admiramini et disperdimini quia opus operor ego in diebus vestris opus quod non credetis si quis enarraverit vobis. Exeuntibus autem illis rogabant ut sequenti sabbato loquerentur sibi verba hec. Cumque dimissa esset synagoga secuti sunt multi iudeorum et colentium advenarum paulum et barnabam qui loquentes suadebant eis ut permanerent in gracia dei. Sequenti vero sabbato pene universa civitas convenit audire verbum dei. Videntes

autem turbas iudei repleti sunt zelo et contradicebant hiis que a paulo dicebantur blasphemantes. Tunc constanter paulus et barnabas dixerunt vobis oportebat primum loqui verbum dei sed quoniam repellitis illud et indignos vos iudicatis eterne vite ecce convertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis dominus. Posui te in lucem gencium ut sis in salutem usque ad extremum terre. Audientes autem gentes gavise sunt et glorificabant verbum domini et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternam. Disseminabatur autem verbum domini per universam regionem. Iudei autem concitaverunt mulieres religiosas et honestas et primos civitatis et excitaverunt persecucionem in paulum et barnabam et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso pulvere pedum in eos venerunt yconium. Discipuli quoque replebantur gaudio et spiritu sancto.

XIIII capitulum

Factum est autem yconii ut simul introirent in synagogam iudeorum et loquerentur ita ut crederet iudeorum et grecorum copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt iudei suscitaverunt et ad iracundiam concitaverunt animas gencium adversus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter agentes in domino perdicantes

cor[dis] confirmate in[con]stanter. Non nulli t[ame]n corde
iudeis in[credu]litate p[er]tinaces p[er]stiterunt
ad incitandu[m] animos gentiu[m] adversus e[o]s de-
tes. Cu[m] i[m]pet[us] esset aut[em] ab aliis iudeis
faventib[us] aliis ap[osto]lis. Et cu[m] fact[us] esset
impetus iudeor[um] et gentiliu[m] cu[m] p[ri]ncipi-
b[us] suis ut contumeliis afficerent ap[osto]los
et lapidarent .i. lapidib[us] fugarent eos.
Confugerunt in civitates Lycaonie. Listra[m]
et Derben. Et cu[m] hec d[ixi]sset venerunt Listra[m]
in qua [con]sequenter fuerant [con]sequenter ubi
dicit[ur]. Erat quida[m] in [...] Listris po[...]
dicendu[m] sic Listre. Sed [pro]nomen aut[em] est
in triplice [for]ma declinat[ur] ut dicat[ur]
Listra Listre Lystra[rum] ut Lystris. Ide[m]
declinabile. Vir sequit[ur]. Erat vir quida[m]
Lystris quod g[rec]e [con]sonat. Ubi hec
Paulus et Barnabas [pre]dicabat in Listr[is]
Fuit Lystris
Erat aut[em] vir iste i[n]firmus pedib[us] clau-
dus ex utero matris sue et sedebat qui nu[n]q[uam]
ambulaverat n[on] fract[us] [...] n[on] unquam am-
bulavit. Hic audivit Paulu[m] loque[n]te[m] quo-
m[od]o intuens Paulus et vide[n]s q[uod] h[ab]eret
[...] quod h[ab]eret fidem
tam fidem que ad salute[m] suffi-
ceret ut vide[n]s q[uia] salvandi se credet
dixit magna voce. In no[m]i[n]e d[omi]ni mei I[hesu] C[hristi]
surge et ambula sup[er] pedes tuos
rect[us]. Et statim exiliit et ambulabat. Turbe
aut[em] cu[m] vidisse[n]t quod fecerat Paulus pu-
tabat [...] et [...] su[...] Barnaba[m] deos
esse et in forma humana eos apparuisse
et levaverunt voce[m] d[icentes]. Dii similes fa[cti]
ho[m]i[ni]b[us] descenderunt ad nos. Et vocabat
Barnaba[m] Iove[m] qui potior videbatur
Paulu[m] vero Mercuriu[m] [...] iuxta
opinione[m] eor[um] [...] cantabat [...]
[...] et [...] fuisse [...] faci-
a ho[m]i[ni]b[us] [...] p[ro]ferat. Vel Mercuri[us]
q[uasi] medi[us] curre[n]s in[ter] [...] et [...]
a[...] d[icitu]r. Et [...] gr[eci] Hermes q[uod]
[...] d[icitu]r. Sacerdos q[uoque] Iovis qui
erat in civitate volebat [sacri]ficia celebra-
re ut Iovi offerret [...] ad y[m]-
molandu[m] et coronas ad ornandu[m]

facere templi iuxta civitate[m] gentiliu[m]
ut in capitib[us] eor[um] imponerent ad
ornamentu[m] aut p[ro] alia aliqua re-
ligione nob[is] ignota. Quod cu[m] audi-
erunt Paulus et Barnabas q[uod] divi-
nos honores vellent eis exhibe-
re sciderunt vestimenta sua quod semp[er]
fecerunt iudei audita blasphemia
in deu[m]. Ap[osto]li habuerunt ista talia ex-
hiberi d[icentes] se esse homines mortales
qui potius veniunt ut eos revo-
carent ab ydolatria. Et vix sedaverunt
turbas ne sibi ymmolarent. Sup[er]-

R[...] [pre]dicatione q[uod] passi s[un]t

R[edeunti]bus aut[em] eis et docentib[us] in
Listra supervenerunt ab Iconio et Anti-
ochia iudei in p[er]secutore[m] Pauli et
lapidabant eum .i. q[ue] vile [...]
existimantes eum esse mortuu[m]. De
qua lapidatione ad Chorinthios ait
semel lapidatus su[m]. P[ro]pter discipuli
cu[m] circu[m]dedissent eum assistentes
ei et respirabit et nescientib[us] iudeis
reportaverunt eum [...] et intravit
et postera die p[ro]fectus est cu[m] Barnaba
in Derben et p[re]dicaverunt ibi sicut fecerant
in Listra. Postea redierunt p[er] easde[m]
civitates p[er] quas venerunt confirmantes
fratres in fide et constituentes in sing-
ulis civitatib[us] p[re]sbiteros .i. ep[iscop]os quia
eo t[em]p[or]e eode[m] no[m]i[n]e censebat[ur] ep[iscop]i et
p[re]sbiteri et p[ro]inde constituerunt ep[iscop]os
quia [...]
ad eos erant amplius [...]
cu[m] redeuntes transissent Listra[m] et Ycon-
iu[m] venerunt ad Antyochia[m] Pisidie
et transeuntes Pisidia[m] venerunt in Pa[m]-
philia[m] regione[m] in qua e[st] civitas
Perge in qua locuti s[un]t verbu[m] dei

XV capitulum

Descenderunt in ytaliam et inde navi-
gaverunt Anthiochiam unde exierant
prius segregati a spiritu sancto ad predi-
cationem evangelii. De questione circumcisionis decimum

Cumque venissent Antyochiam et congregassent fideles Antyochie re-
nuntiaverunt eis quanta fecisset deus
per eos in gentibus et morati sunt ibi
non modico tempore cum discipulis. Dum ibi
moram facerent descenderunt quidam
de Iudea christiani adhuc cum iudai-
zantes et fuerunt de secta pharise-
orum. Et factum est non minima seditio
inter eos scilicet Paulum et Barnabam qui ga-
rrientes predicabant fidem absque legalibus
ad salutem non sufficere et compellebant
eis nostra veteri consuetudine in bu-
ti. Et statuerunt ut Paulus et Barnabas dimi-
ttendi ascenderent in Ierusalem ad ma-
iores apostolos scilicet Petrum et Iacobum
episcopum Ierosolimorum et ascendit Paulus
cum Barnaba assumpto Tyto sicut
ipse refert in epistola ad Galathas.
Et qui descenderant de Iudea ascenderunt cum
eis quidam scilicet de heresi phariseorum
ad fidem conversi. Cum autem venisset
Ierosolimam et erant in presentia apostolorum
Petri et Iacobi et seniorum scilicet. Et retu-
lerunt illi cum Paulus et Barnaba
. Oportet circumcidi fideles et servare
legem Moysi. Audita vero utriusque parte
sententia convenerunt apostoli et seni-
ores ut viderent de verbo hoc. Et post
multam disceptationem et collationem
factam inter apostolos et seniores. Surrexit

gentes Petrus et revelavit unde
non esse imponendum fidelibus iugum
legis quia et ipse prius ... dei bap-
tizavit Cornelium et gentibus predi-
cavit ubi evangelium. Et adhuc predicante
eo confirmavit fidem inundans cor-
da eorum antequam baptizaret. Visi-
biliter misit eis super eos spiritum sanctum
sicut in diebus eius observantia legalium.
Unde quid nunc temptatis imponere iugum
super cervices discipulorum quia neque nos
neque patres nostri portare potuimus.
Et tacuit. Ceperunt Paulus et Barna-
bas narrare quanta signa et prodigia
fecerat deus in gentibus per eos et
tacebat multitudo audiens eos.

De sermone Iacobi fratris domini

Et postquam siluerunt locutus est
Iacobus ad verbum Petri viri fratres
in quibus audite. Symon narravit
quemadmodum deus primum visitavit
gentes sumere ex eis populum. Et huic
concordant prophete ... et duces
... resumebant ... Phares auctori-
tate pontificali ... dissentiunt
... Propter quod ego iudico non i-
nquietari eos qui ex gentibus convertuntur
ad deum sed scribere ut abstineant se ad
eos epistolas ut abstineant se ab ydo-
latria et fornicatione et suffocato et sanguine.
Ydolatria siquidem in gentibus iam
pullulabat fornicatio quam ante quidam
nullam reputabant. ... ut ge-
ntes. Ideo specialiter de eius apostoli ista ... Sunt enim
prohibere gentibus ... ad ... consueverunt
effundendum sanguinem ... etiam bibere
... sanguinem

effundendo vel bibendo. Quare aut
ad terram cp. fol. vene. inte. eis ab suffo
catu non est satis [illegible] ¶ placuit
apostolis iacobi apli ¶ senioribus cum ex
omni consensu elegerunt viros per quos
mitterent epistolam cum paulo et barna
ba iudam. s. silam et premissa est
salutatio per hunc modum. Epistola

Apostoli et seniores fratres hiis qui sunt
[ex gentibus] salutem ¶ Fuit aut post
salutaº hec textus eple. Audiui
est quia quidam descendentes de
iudea tbamint nos euertentes animas
vestras volentes vris cum ibi i pone ingu
legis id de in [illegible] de [illegible] elige
viros et mitte ad vos cum karissimis
vris nris paulo et barnaba ¶ Visum
est n. s. s. et nobis ¶ Vlem. Nobis
inponere oneris quia ut omnibus ab
stineatis ab ymolatis simulacrorum a
sanguine suffocato et a fornicatione
a quibus nos ab [illegible] bene agetis
valete. ¶ Quomodo consolati sunt ex

gentibus qui sunt exgentibus antyochie syrie et cilicie

Aecedentes paulus et barnabas in an
thiochiam. a. duo illi missi secum
eis. Cum descendissent congregata
multitudine tradiderunt eis eplam. Et au
dita consolatione de iugo legis non
imponendo sibi. Tamen sunt fratres
de gentibus. ¶ Iudas aut et silas
cum essent prophete consolati sunt eos et
visitantes confortauerunt eos in fide. Non
est aut hic pretereundum quia de pfa
to ascensu suo in iherusalem pro dirimen
da lege lite prtaxata. Scribit
apostolus ad galathas in hunc modum.
Deinde post .xiiijª annos a
conuersione mea ascendi in ierusalem cum bar
naba assumpto et tyto et contuli
cum eis eliam quod predico inge
tibus ex quo annorum nuo colligitur
quod eodem anno quo paulus
ascendit ierosolimis. s. xiiijº a con
versione eius ascendit petrus
romam et eodem anno sedit in cathe
dra episcopali in qua sedit
xxv annis. xiiijº vero et xxv
xxxix. reddunt ¶ In cessio aut
quinto anno a promocione beati pet
in sede romana. s. vltimo anno ne
ronis passi sunt petrus et paulus
et c. xxxix anno a conuersione pauli
¶ Vn colligitur paulum ad fide con
versum non eodem anno quo dominus passus
est cum constet petrum et paulum
xxxviijº anno a passione domini qui
fuit vltimus neronis passos esse
martirium ¶ Si aut legeretur aliqui
paulus conuersus ad fidem secundo anno
euangelii non est eodem. Vtrumlibet sit
alibi determinatur ¶ Quarto decimo
anno claudij ascendit petrus
romam et sedit in cathedra epali
xxv annis sub claudio qui reg
nauit xiiij annis et nero post
eum totidem annis hic determinat
Petrus qui sedit antyochie
aut cum quo tempore sedit petrus
in sede antiochena. Constat

hic non

☞

-n- quod sedit anthyochie vij^ez a-
nis viij^ez anis in sede epla epali
quod ratio de vij^ez illorum xiiij or
intelligi qui a passione dni fluxe
runt usqz ad eius promotone in
sedem romanam post vij^ez anos
quibz sedebat in sede anthie
cum consilio dni de mlij apostolt
roma sedi ascensi transijt pauly
occpat ut confirmaret subditos sui
os in fide antyocena in hoc
transijt pauly ochia qr redarguit
e a paulo quia comedes cum
quibusda fribz de iudea timens
eos molestiae dimittebat ab eos,
et ita cogebat gentes iudaizare
unde paulus ait cum venisset cephas
anthiochiam in faciae ei restiti
causa dissensionis inter pauly
e Dant anno quo barnaba
apostolt petrus



Causa dissensionis inter Paulum et Barnabam

Eodem autem anno quo ascendit Petrus de Antiochia Romam, Paulo et Barnaba Antiochie remanentibus, Cathula procurator in Iudea, qui per violentiam volens sibi usurpare potestatem constituendi summum pontificem et mutandi pro arbitrio suo, ut posset summum sacerdotem vel unum vel duos constituere in eodem anno. Et timentes Iudei quod non possent resistere, petierunt ab eo licentiam consulendi Claudium imperatorem Romanorum in tenus voluntate, et hanc permittente optinuerunt aliquamdiu desisteret et concessit eis. Et cum misissent nuntios, venit Agrippa filius Herodis Agrippe, qui predecedente in manum Claudii dimiserat. Claudius autem diffitebatur eum mittere in Iudeam tamquam dominum, tamen propter temeritatem Iudeorum, tamen propter teneritatem etatis eius. Precaudiens quod cum presentia sui ageret, intercessit precibus et optinuit, et rescripsit Claudius procuratori ut ab usurpatione desisteret, et desistit. Et rescripsit Iudeis ut super hoc gratias agerent Agrippe adhuc in successione; hoc optinuerat et significavit ei Iudei ut mitteret eis Agrippam et faceret eum tamquam regem et dominum. Ipse tamen adhuc distulit. Postea Nero, qui visus est ei minus potens in Iudea, non tamen reddidit ei totam terram patris, qui totum regnum Iudeorum optinuerat, sed dedit ei Galaaditidem regionem, scilicet ultra Iordanem terram duarum tribuum et dimidie tribus. Et dedit ei potestatem constituendi summum sacerdotem in Ierusalem pro arbitrio suo, que negaverat procuratori. Ipse fuit Agrippa in cuius regimine fuit ... fideles a Iudea imminente excidio Ierusalem ab angelo premoniti transierunt super Iordanem. Sed nunc prosequamur de Paulo et Barnaba qui adhuc demorati in Antiochia evangelizantes verbum Dei, et Iudas abierat et Sila cum eis remanente per aliquos dies, visum est eis commodum reverti per civitates in quibus predicaverant verbum Dei et visitare fratres in fide. Barnabas autem volebat secum ducere Iohannem qui cognominabatur Marcus. Paulus autem noluit dicens non esse assumendum eum quia in itinere constitutus nimis tepide se habuit et quasi timide mortis a predicatione destitit, cum scilicet a Pamphylia descendens reversus est in Ierusalem. Ideoque non erat assumendus ad predicandum, ne alios malo exemplo lederet. Et facta est dissensio ut discederent ab invicem. Et excepit eas sed quia discesserunt non odio commoti, sed a spiritu sancto ad hoc excitati, ut divisi pluribus locis predicarent et plures lucrifacerent. Barnabas autem assumpto Marco navigavit Cyprum. Credo autem quod noluit dimittere eum quia pertinebat fuisse ei consanguineus. Sequitur autem fuisse consobrinum. Paulus autem electo Sila quem abisse remanere fecerat ut ei comes esset, perambulabat Syriam et Asiam. Pervenit in Derben et Lystram, ubi erat quidam discipulus nomine Thymotheus, filius mulieris Iudee fidelis, et Timotheus filius ... de patre gentili ... perhibebant testimonium religionis omnes fideles qui erant in Lystris. Hunc constituit Paulus episcopum. Circumcidit eum propter tollendum scandalum Iudeorum, ne scandalizarentur quod presentem episcopum incircumcisum. Non quod legalia putaret utilia esse, sed ... incircumcisum predicare non subito Iudeis erant tollenda, et quod cum honore erant sepelienda. Postea eduxit Paulus secum Tymotheum et transiens per civitates precipiebat observari decreta apostolorum et seniorum qui erant in Ierusalem. Et ecclesie confirmabantur et multiplicabantur.

Quod prohibiti sunt apostoli ne irent quo vellet

Transeuntes autem Frigiam et Galatie regionem, vetiti sunt ire in Asiam in more prophetia a spiritu sancto, qui sciebat corda hominum quod tunc non esset creditura. Voluit ergo spiritus sanctus dari canibus et impiis de ceteris predicationibus ...

XVI^m capitulum

gram q dapnat Voluit et habes primas alias aptus respicit per hyppog inaq et iotas pdi arnit in asya minori Lucas in baticinia aqua sumite a. f. ꝯ. ꝯg p̄bri ita dune anse redduit quide p̄ bis p̄t ab asya minori prima ḡs ut ne sp̄u dicent Vel q̄ desolate cauta f. ꝯ. alias aptus asya minor ralsi

bitinia bertua luce Ubi ait Origenes de prin ais et decimus dandus sacerdotibz reddit tam q̄ dr̄ quod de pruides sine sumꝯ alimonz cor le ab ysu p̄m p̄ mys disti ob

aligenorum an.. ..moe captiuis .. rex alienus fu... era

p̄sentia phidue villa f. fame iqua Helena sustentat pauperes fres q̄ erant i ithy que ... facta est. iiij. anno claudij

Fuit h helena in spatium regina ... vxore accepit et co cepit eps et cu nocte dormiret cu ea

mani

et posuisset sup vtere p̄gnata ab ea au dita est vox i sumnio Unde ne legebat pnu quia magnus futurus est mundo audita voce sunt cenon ... magna dili gencia sp pepisse dix hoc vxori p̄terq pu erum nati cu magna diligencia nutrient et mortuo p̄e tunc puer factus est rex cumedam ... heē cā conmeda toris quia andrees f... deu cali quid eius colu ..de et p̄ceptum ... iudeorum et uty Ineim ... helena videns i inthy i verit fra tres fideles i inthy i edia laborantes quia erat tpe fami et emit gnū unde aiqz quantu valeat argēti copia unde emere diu et sustetant fres qui erant i ithy et cu adhuc esset i iudea inuicatum est ei ut mortuus esset p̄li q̄ ei d statu redit i tra et fecit exitum cadavere de sepulcro et repetit i iudea et fecit no longe a intz extrorum duo maseola et i uno posuit corpus filij et p̄cepit cu mortua esset in altero corpus sum repon... et usq adhuc ap paret vestigia maseoloꝯ et p̄ivant ... deceptum esse m... helene in a ... costantini De visione pauli

Cumq p̄t̄sisset asya paulus et pa... eius venit troadem osta est paulo visio p̄ noctem ... ei macedonia angelus illi .. ... e vir macedonie ... ... pauli .. .. macedoniaz adiuua nos .. ... ubi videtur hoc fuisse no angelus Non eget angeli ... in auxilio ... hoc aut angelus assumpta psona macedo Ut aut visum vidit statim q̄sumius ... assi i macedoniaz ... ... vocasse nos deus eūng̃re eis Et nota q̄ dicitur est q̄sumius ... ... p̄mo ... ... lucas se comite fuisse pauli Forte nec p̄o adhesit ei Unde inquia i p̄cedentibz Venim ... ... ubi q̄ venit ... ... pauli Unde q̄ ... ubi d̄r ... ... macedonie ... hoc ubi ... ... glosa ... ... p̄ plerique ad ... ... angeli ... ... angelus ... ... libus q̄ ... angeli ... ad monumentu Navigantes aut a troade recto ... venimus ... et sequenti die philippis que est prima ... macedonie ... colonia ... ... colonia illa que defectu i ... ... et colonia q̄ ... ... p̄ ... ... porta iuxta flumen ubi ... ... oratio ... locum ut ... oraa ... pt ... p... Et ... ... mulieri q... tidda ... ... andiebat nos ... ... tes ... ... Vel ... ... vendebat ... ... et domus eius tota ... ... q... in ... fidele ... ... et manere mecu ... ... adhuc ... ... domus ... ... indeoꝝ De spiritu

Factum est phytonico a puella aut exeuntibus ... puella ... spiritum phytonicam potestatem ... ... phytonisse ... ... spiritu phytonico vexatur ... ... duobz ... ad oratiam obuiaret ... ut ... spiritum phyto nicum

Hec non phitonissa a qua et phitonica
spiritum suscitatione mortuorum operatur ut
que ad petitionem Saulis ab inferis
vocavit animam Samuelis. Vel potius
per spiritum immundum intelligatur. Est autem
Phiton ars magice ab Appolline Phy-
tone inventa est et ab eius agnomine cog-
nominata est. Sed hic phitonissa que a spiritu
phitonico possidetur et ea habet organum
suum ad divinandum. Qualiter hoc potius
videtur accipi questuosa dominis suis
quia multum preebebat emolumentum ex
divinatione ipsius. Hec subsecuta
Paulum et socios suos et clamabat dicens:
Isti homines servi dei excelsi qui annun-
ciant vobis viam salutis. Hoc clamabat mul-
tis diebus forte pro bono nomine ut potius
spiritu sancto spiritus phitonicus ut per eam veras
loqueretur urgente. Commotus autem Paulus
ipsa post eum clamante dixit spiritui immundo
precipio tibi in nomine Ihesu Christi exire ab ea. Et exi-
vit eadem hora. Ut quia indignum erat ut
verbum illud spiritus mendax annunciaret. Vi-
dentes autem domini eius quia exivit spes questus eorum maxime
inde sumerent in commodum apprehendentes Silam
et Paulum duxerunt eos ad forum ad principes
et offerentes eos magistratibus dixerunt: Isti contur-
bant civitatem nostram cum sint iudei et predica-
bant nobis quandam religionem quam non
licet nos suscipere cum simus Romani. Ia. ii. de-
cem catervis. Ventus de quo [illegible]
colet ut comprobate senatu. Et cucurrit ple-
bs adversus eos et magistratus scissis eorum
tunicis iusserunt eos virgis cedi et flagel-
latos eos miserunt in carcerem precipien-
tes custodi ut diligenter custodiret eos.
Qui accepto mandato misit eos in car-
cerem interiorem pedes eorum stringens lig-
no.

De motu carceris

Media autem nocte Paulus et Silas de-
cantabant hymnos et adorantes
laudabant deum. Et in media nocte ter-
re motus factus est terre motus quo scilicet terre mo-
vente fundamenta carceris commota sunt
et omnia hostia aperta vincula omnium
rupta non solum Pauli et Sile sed et aliorum.
Expergefactus custos carceris et videns
ianuas carceris apertas evaginato gladio
volebat se interficere existimans eos
vinctos aufugisse. Clamavit autem Paulus
in medio tenebris carceris videns hec
in spiritu exclamavit: Nichil tibi mali feceris
universi enim quos custodiebas hic sumus. Hoc aie-
bat quod sciebat volebat interficere quia putabat [illegible]
omnes carceratos aufugisse. Et petito lumine a
ministris ingressus est tremens et tamen
factus tum propter hec que facta fuerant in terre motu
tum quia intellexerat Paulus quod se vellet
interficere. Procidit ad pedes Pauli et Sile et
educens eos de carcere ait: Domini quid me oportet
facere ut salvus fiam? At quem illi: Crede in dominum Ihesum
et salvus eris tu et domus tua. Et locuti sunt
ei verbum domini et omnibus qui erant in domo
eius. Et tollens eos in illa hora lavit plagas
eorum et baptizatus est ipse et sic lavit
~~plangens~~ eorum et lotus est.

Quomodo a magistratibus sunt dimissi

Cumque perduxisset eos in domum suam apposuit eis mensam
et letatus est cum domo sua credens in deum.
Et cum dies factus esset miserunt magistratus
lictores ad custodem dicentes: Dimitte homines
illos tamquam depressos. Dimittebat autem
illos ne plures crederent quia iam innotuerat
eis miraculum. Et custos carceris nunciavit
verba hec Paulo: Miserunt magistratus ut dimit-
tamini. Nunc ergo exeuntes ite in pace. Ad
quem Paulus: Ceciderunt nos in carcerem publice
flagellatos licet indampnatos homines
Romanos in nomine impio subiectos cesi
confessos et libertate donatos Romana
et nunc occulte nos eiciunt. Non sic sed veniant
et ipsi nos eiciant. Renunciaverunt hec
ipsi et timuerunt audito quod Romani essent
magistratus et venientes eduxerunt eos et deprecati sunt eos
ut egrederentur de civitate. Et exeuntes intraverunt
ad Lidiam et visis fratribus consolati sunt eos. xvii capitulum
Et perambulata Amphipoli et Appollonia venit Thessalonicam ubi
erat synagoga iudeorum. Paulus autem introivit
in synagogam et per tria sabbata
disserebat eis de scripturis predicans Christum
oportuisse pati et resurrexisse. Et crediderunt aliqui
ex eis et adiuncti sunt Paulo et Sile. Viri et mulieres
et de colentibus gentilibus multitudo
non parva. Zelantes autem iudei assumentes
quosdam malos de vulgo concitaverunt civitatem
adversus eos.

Et in domo eorum Iason accusatus est

Et venientes ad domum Iasonis apud quem hospi-
tati fuerant querebant eos producere in populum et
non invenientes putantes a Iasone fuisse
occultatos traxerunt Iasonem et quosdam

suscipientes eos

fratres ad principes civitatis dicentes. Quia hi sunt qui orbem
concitant, quos suscepit Iason, et hi omnes
faciunt contra decreta Caesaris, regem alium dicentes
esse quam Caesarem. Et concitaverunt principes
adversus eos. Et accepta satisfactione a Iasone
et ceteris dimiserunt eos. Ut fratres eos pu-
blica fuit manum in vico. Forte fratres
Iasonis et alii negaverunt se umquam suscepisse eos,
quod si confessi sunt, satisfecerunt. Et protinus
dimiserunt Paulum et Silam in Beroeam. Qui cum ve-
nissent in synagogam Iudaeorum et praedicaverunt ibi,
et multi de credentibus crediderunt et mulieres ho-
nestae non paucae.

Quid Paulus Atheniensibus fecerit

Et audientes Iudaei
qui erant Thessalonicae quia a Paulo prae-
dicaretur verbum Dei in Beroea, venerunt illuc
concitantes multitudinem, et statim dimiserunt Paulum
fratres ut iret usque ad mare, quamvis inqui-
rebant eum Iudaei eo quod esset dux. Ibi Si-
las autem et Timotheus remanserunt. Qui au-
tem ducebant Paulum perduxerunt eum usque ad
Athenas. Videns autem civitatem idolatriae deditam,
accepto mandato ad Timotheum et Silam ut venirent
ad eum. Et venerunt. Et disputabat cum Paulo
Epicurus qui ponebat felicitatem hominis in sola
voluptate corporis, et Stoyci in sola virtute
animi, et mentes disputantes impugnatione
apostoli vicerunt conferentes. Dicebant quidam:
Quid vult seminator verborum hic dicere. Vel fuit seminator
verborum, ut erat et messor morum, de quibus ver-
sione extirpantes libere fructum. Alii autem
dicebant: Novorum daemoniorum videtur esse an-
nuntiator. Et apprehensum duxerunt ad Ariopa-
gum, id est ad vicum Martis. Sicut Athenienses
singulos vicos denominabant a diis quos
colebant. Vicum in quo colebant Martem
vocabant Ariopagum, quia arios dicitur Mars;
vicus in quo colebant Pan vocabatur
Panopagus; et ita a singulis diis singulos
vicos denominabant. Erat autem vicus ex
cellentior Ariopagus quia ibi erat curia ma-
gistratuum et scola liberalium artium.

De ara ignoti dei

Et cum esset
Paulus in medio philosophorum, dicebant:
Nova quaedam infers auribus nostris. Possumus
scire volumus quae sit haec doctrina no-
va, quasi dicerent: possemus nunc reddere super quo dices.
Stans autem Paulus in medio Ariopagi dixit:
Viri Athenienses, per omnia video vos
superstitiosos quasi praetereuntes enim vidi simulacra
vestra praeter cetera enim inveni aram cui scrip-
tum superscriptio: Ignoto deo. Ut ignoto
dicatur, ac si diceret: Haec ara edificata
est ignoto deo. Et singulis aris superpo-
nebatur titulus cuius dicaretur cui erat de-
dicata. Hunc inquit quem deum ignoti
cui hanc aram construxistis ego annuntio
vobis. Hic est deus qui fecit mundum et omnia
quae in ea sunt, per quem vivimus, movemur
et sumus. Quomodo autem haec ara illi deo in-
ignoto consecrata est, historia actuum
non prosequitur. Ideo necessarium est hic supplere
et dicere.

Quod philosophi Athenienses dixerunt deum pati naturae

Ante autem adventum Pauli philosophi qui
erant Athenienses, videntes tenebras
passionis per universam superficiem terrae, non
poterant causam invenire in naturalibus
causis, quia necesse fuerit sub ... Tandem ad
hoc inducti sunt ut dicerent: Quod
deus naturae patiebatur. Et dixerunt Athenien-
ses: Constituamus illi deo aram. Et dedi-
cata est ara et suppositus est titulus:
Ignoto deo. Et cum vellent offerre holo-
causta et victimas illi ignoto deo,
dixerunt philosophi: Bonorum nostrorum non eget,
sed placet genuflexionibus circa aram
eius et supplicationibus ei, quia non quaerit
oblationem pecorum sed devotionem cordis.
Hunc deum ignotum annuntiabat Pau-
lus, asserens eum mortuum fuisse et
resurrexisse et ascendisse in caelum et in
fine orbis venturum. Et cum audissent
resurrectionem mortuorum, quidam irridebant
eum. Quidam autem non respuebant nec
recipiebant, dicentes: Audiemus te de hoc
iterum. Exivit Paulus de medio eorum,
et quidam adhaerentes ei crediderunt, inter
quos fuit Dyonisius Ariopagita, quem
postea ordinavit apostolus episcopum Corinthiorum.
Autem conversionis modum quia praeterit
historia actuum, necessarium est supplere.

De Dyonisio Ariopagita

Iste Dyonisius erat magister in Ari-
opago. Et quamvis ad exhortationem
Pauli de facili crederet, tamen non nisi
post longam disceptationem Pauli

Iason publice fuit [illegible]

post
confessus est se eadem pro iudicari. Disceptatorum
cum adhuc cum paulo disputaret
forte pertransiit cecus coram eis per viam
et statim ait dyonisius paulo. Si dixeris sunt
ceco in nomine dei tui vide et si viderit
ego statim credam. Sed ne literatus verbis ma
gicis quia forte nosti verba que haberent
hanc efficaciam. Ego prescribam tibi
formam verborum. Habeat in quo verba es for
dices ei. In nomine iesu xpisti nati de virgine
crucifixi mortui qui resurrexit et ascendit in
celum vide. Et ut omnis tolleretur suspitio pre
cepit paulus dyonisio ut ipse proferret ea
dem verba. Et eadem forma verborum dixit dyo
nisius ceco ut videret et statim vidit. Et dyo
nisius statim confessus est fidem. Et cum ci
vibus predicasset paulus athenis et multos convertisset
venit corinthum. Et invenit quendam iude
um nomine aquilam cum uxore eius prisci
lla quos sepe commemorat paulus. Ubi
salutat amicos suos. Isti nuper venerant
de ytalia iudeis omnibus edicto claudii
imperatoris de regno et roma expre
expulsi sunt eo quod uxorem eius agrippinam
propinqua familiaritate qua habebat cum
eis adverterunt adventus suos ut cum iude
ixaret. Et hospitatus est paulus apud
aquilam et priscillam eo quod eadem arte
operaretur qua ipse consueverat exercere
proprio labore manuum sibi victum acq
uirens. Erant arte scenofactores. Faciebant
enim tentoria sive papiliones que necessaria
erant in digressibus et alijs et moderatum
calore vel caumate defenderent. Et dicitur ars
scenofactoria a scenos quod interpretatur
umbra. Vel secundum alios quod interpretatur
conventus. Erant enim familiarij. Et cum ve
nissent sylas et tymotheus de mace
donia ubi dimiserat eos predicavit pau
lus instans verbo et coadiunctis
illis et resistentibus iudeis predicatori xpisti
quod pararet dominum. Excussit pulverem
de pedibus in testimonium dicens illis. Sanguis vester
a sanguine vestro quia quantum in me fuit vo
bis non renunciare ab impietate vestra. Sed
quia predicatores eos tunc converteres
Et migrans inde transiit ad domum
gentilis cuiusdam nomine tyti cuius domus
erat iuncta synagoge. Et cum

colligendum est de tyto cum epistolas scripsit — tercia se
qui eis fuit dispensator scilicet que et corinthiorum
ordinavit. Crispus est archisynagogus crispus
gogus cum universa familia sua. Ille scilicet de
quo apostolus ait scribens chorinthiis Gratias
ago deo meo quod neminem vestrum baptiza
vi nisi crispum et gayum. Et multi corinthiorum
dientes in sermone eius credebant et baptizaban
tur. Et apparuit dominus nocte paulo per visionem
dicens. Noli timere sed loquere et ne taceas quia
ego tecum sum et nemo apponet manum
ut noceat tibi. Sedit autem ibi annum et sex
menses. Quod iudei concitaverunt
gallionem contra paulum
Insurrexerunt iudei unanimiter
in paulum et duxerunt eum ad pretorium gallionis
qui erat proconsul achaye regionis in qua
erat corinthus accusantes eum quod contra
legem predicaret. Et locutus est gallio ad eos
Si arguitis hominem istum de aliquo scelere manifesto
sum eum iudicare. Sed quia disceptatio est
super eo iudicare. Sed de lege vestra non audio iudicare. Et videntes
gentiles quia non favebat pretor contra
iudeos coram eo apprehenderunt sostenem prin
cipem synagoge et percutiebat et nichil eorum
erat cure proconsuli. Paulus autem cum adhuc
sustinuisset multos dies et erat in cenchris
que est portus corinthij ascensurus navem
ut navigio veniret in syria totondit coma
quam nutriebat quia erat nazareus. Naza
rei enim ad tempus ex voto comam nutriebant et co
pleto tempore voti radebant
radebant et in igne sacrificij ponebant. Et eam
codices habent totondit. Venit quidam habere
fecit ad aquilam et priscillam. Et secundum alios autem
ad paulum habent veniunt. Quod paulus
disputabat contra iudeos
Et venit paulus in syriam ducens secum
aquilam et priscillam. Et cum venisset ephe
sum ingressus synagogam disputabat cum iudeis
et rogantibus illis ut cum eis amplius maneret
non consensit. Sed vale faciens dicens ... profectus est ab ephe
so dimittens ibi aquilam et priscillam. Ipse autem
ambulavit per galaciam et frigiam confirmando
fratres. Et cum venit ephesi aquila et priscilla
venit ephesum quidam iudeus nomine apollo
allexandrinus genere vir facundus et potens

in scripturis. Iste baptizatus fuerat baptismo
iohannis non christi et iam credebat quod ihesus esset messias
in lege promissus et recte sentiebat de patre
et filio sed nichil adhuc audierat de spiritu sancto.
Quem cum audissent aquila et priscilla fiducialiter
predicantem assumpserunt eum et diligencius predicaverunt
ei viam dei. Utrum autem baptizatus fuerit in bap-
tismo christi non legitur. Cum autem vellet ire corin-
thum aquila et priscilla et ceteri fideles qui
erant ephesi scripserunt fidelibus qui erant corin-
thi ut susciperent eum ne abhorrerent eum eo
quod iudeus esset. Et cum venisset corinthum multum
contulit fratribus qui erant corinthi. Vehementer
enim convincebat iudeos et multi fratres confirmati
sunt. Quomodo baptizati sunt qui a iohanne

[XIX capitulum]

Factum est [illegible] baptismum acceperant
autem cum apollo esset corinthi et paulus
peragratis superioribus partibus veniret ephesum
et inveniret quosdam discipulos a iohanne bap-
tizatos non tamen fide confirmatos. Qui iam post
baptismum non acceperant manuum impositionem
Et interrogavit eos. Accepistis ne spiritum sanctum
credentes id est manuum impositione quandam
spiritus sancti. Ad quem illi. Non sufficit baptismus

[non sufficit sed neque de spiritu sancto [illegible] audivimus. Ad quem ille]

iohannis. Et statim baptizati sunt in nomine ihesu christi.
Cum imposuisset eis manus post baptismum venit
spiritus sanctus et loquebantur variis linguis quedam
eorum prophetabant predicentes futura. Erant autem
omnes fere xii forte xi vel xiii. Erat autem
est appositum fere ad complementum. Et predicabat
ibi apostolus cum fiducia per tres menses dispu-
tans et suadens de regno dei. Et qui prius
prohibitus erat a spiritu sancto predicare in asya mi-
nori. Nunc in eadem spiritus permittebat ephesi.

[Ecclesia [illegible] qua admirantur [illegible] indurati [illegible] maledicebat [illegible] predicaret ephesi]

Quidam obdurati et increduli erant maledicentes
viam domini. Dicebat doctrine eius coram omni multi-
tudine. Discedens autem ab eis segregavit se-
cum discipulos disputans in scolis cuiusdam
tyranni id est nobilis vel forte nomen proprium est
illius in cuius domo conveniebant in qua doce-
bat discipulos suos. Et tanquam reges scolas
et hoc fecit per biennium. Et in eodem biennio
scripsit epistolam primam ad corinthios. Et
fecit deus magnas et inusitatas virtutes per manus
eius ita ut sanarentur languidi quibus suppo-
nebantur semicinctia. Dicitur autem semicinctia
[late] vestes circa ab umbone pendentes vel quedam ca-
pitis ornamenta ut quoddam genus sudariorum quod
videtur verum quo sudorem sudor absterget.

De potestate nominis ihesu

Videntes autem quidam exorciste quod ad
invocationem nominis ihesu paulus

Ad invocationem nominis christi quem paulus predicabat
exibant demones ab obsessis. Erant enim viri
filii cheue principis. Hii ex arte quadam adiurabant demones ut
exirent demones. Cogitaverunt uti eadem
forma verborum ad eiectionem demonis.
Quamvis liceret per exorcismos salomonis
demones eicere non tamen absque labore
multo sed quibusdam herbis et gemmis ad-
hibitis ut dicit iosephus. Ut ergo facilius
exirent demones adiurabant eos in hunc
modum. Unus die quadam adiurabant
demonem ut exiret de corpore obsesso. Et
demon. Ihesum novi paulum novi. Sed vos
qui estis. Et insiliens in eos vexabant eos
egregie et increbuit fama per universam
regionem et in auditu est timor omnibus ex
orcistis magis ut non auderent in hunc
modum demones amplius adiurare. Et
